DE PROPERTI CODICE LUSATICO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGIENSIUM ORDINE
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

PAULUS KOEHLER
GROEBZIGENSIS

MARPURGI CATTORUM
TYPIS FRIDERICI SOEMMERING
MDCCCLXXXXIX

Dissertatio probata
ab amplissimo philosophorum Marpurgiensium ordine
a. d. V. Kal. Aug.
MDCCCLXXXXIX.

THEODORO BIRT

S.

Inter viros doctos, qui de Properti carminibus recensendis emendandisque bene meriti sunt, Carolus Lachmannus prae ceteris est laudandus, qui ex magna codicum mole duos elegit, in quibus textus restituendi fundamentum esse voluit, Groningianum et Neapolitanum, quorum alteri Groningiano priorem locum tribuit, Neapolitano secundum, ita tamen, ut codice *G* vix inferior esset. Etiam Hertzbergius in praefatione editionis disseruit optimum codicem esse *G*, quam sententiam Keilius in dissertatione Bonnae 1843 edita refutavit, cum et *G* ipsum haud paucis locis interpolatum esse demonstraret et Neapolitano c. parem auctoritatem tribuendam esse iudicaret. Deinde Heimreichius (quaest. Propert. Bonn. 1863) *G* plane spernendum esse demonstrare conatus est, qua de sententia Grummio persuasit, qui et ipse (De codd. Prop. *G* et *N* auctoritate 1869) unum Neapolitanum sequendum esse statuit. Tum rursus contra Luetjohannus (Comment. Prop. Kiel. 1869) et Heydenreichius (Quaest. Prop. 1875) *G* auctoritatem *N* posthabendam nec tamen plane abiciendam esse voluerunt, cum satis multae lectiones in *N* exstarent, quae interpolationis speciem praeberent. Quorum sententiam Lucianus Muellerus (praef. p. VI) fere secutus est. Denique Baehrensius in praefatione editionis a. 1880 hanc auctoritatem codici *N* abnegat eumque eodem modo quo reliquos inter-

polationibus refertum neque nisi in rebus orthographicis inspiciendum esse censuit. Itaque quattuor codices antea aut ignotos aut neglectos protulit, quos in duas familias distribuit, quarum alteram ex codice Vossiano *(A)* et codice Laurentiano *(F)*, alteram ex Dauentriensi *(D)* et Ottoboniano-Vaticano *(V)* esse compositam in praefatione exposuit. E quibus familiam *AF* meliorem dixit eaque optime carmina Properti nobis servata esse statuit. Hanc Baehrensi sententiam evertere studuerunt Fr. Leo (Vindiciae Prop. Mus. Rhen. XXXV. p. 431—47), qui libros illos nil valere ut demonstraret operam dedit, et C. Brandtius (Quaest Prop. 1880), qui Neapolitano cod. debitum honorem reddere studuit. Sed in eodem errore, quo Baehrensius, illi versantur, qui solum Neap. sequendum esse putant ceteris omnibus codicibus neglectis, nam haud paucis locis Neap. pravam lectionem praebere certum est. Itaque A. Palmerus in editione 1880 in lucem emissa ita *N* cod. secutus est, ut tamen aliorum codicum auctoritatem non prorsus sperneret. Deinde de his Baehrensi codicibus R. Solbiskyus (De codd. Prop. Jena 1882), C. Weber (Programm des Realgymnasium in Hagen 1887), alii ita disseruerunt, ut omnes Neap. libro primum locum tribuendum esse consentirent; sed, utrum familia *AF* an *DV* secundum locum teneat, sententiae virorum doctorum discrepant. Qua de auctoritate codicum ut denuo inquirerem, incitatus sum duobus codicibus nuper repertis, Holkhamico 333 et Lusatico, de quorum altero egit Postgateus (Transactions of the Cambridge Philological Society 1894 Vol. IV. pars I). Codex enim est anno 1421 exaratus continetque Properti carmina a tertio versu carminis vicesimi primi libri secundi usque ad finem libri quarti. Holkhamicus autem Florentino simillimus familiae *AF* tribuendus est. De altero autem codice, Lusatico, in eis, quae sequuntur, accuratius acturus sum. Ante nonnullos annos enim in bibliotheca Gorlitziana, novus Properti codex repertus

est, cui a Pepero, qui primus librum contulit, Lusaticus nomen datum est. Quo de codice Peperus tomo LXIX anno 1893 edito illius corporis, quod inscribitur „Neues Lausitzisches Magazin“ refert et praeter descriptionem libri et cuius pretii sit et qui locus huic libro inter reliquos Properti codices sit tribuendus, demonstrare conatur. Ad opinionem firmandam collatio totius libri primi et graviores lectiones ex ceteris libris selectae a Pepero additae sunt. Quam Peperi commentationem ab omnibus viris doctis neglectam cum ipse Theodoro Birtio auctore accuratius reputare coepissem, Lusaticus mihi quoque dignus esse videbatur, qui inter codices auctoritatem habentes reciperetur. Propterea, ut accuratius hunc librum Lusaticum cognoscerem, Marpurgium transmissus est, quod munificentiae ac benevolentiae bibliothecarum Gorlitzianae et Marpurgiensis debeo. Quem ubi excussi, opinio, quae fuit codicem auctoritate non carere, valde firmata est, ut ipse Peperi commentationem continuare auderem. Itaque collatione totius libri perfecta tabulas et Lusatici et ceterorum codicum lectiones continentes institui, quibus auctoritatem Lusatici demonstrarem. Totam vero illam libri collationem, quippe quae nimium sibi spatii postulet, hac in dissertatione omisi alioque loco in publicum emittere mihi proposui. Praeterea, quod Peperum in sua descriptione libri rectam sententiam nonnullis locis non protulisse arbitror, habitum codicis cum cura describere opus esse mihi visum est.

De codicis Lusatici habitu externo.

Lusaticus codex est chartaceus forma octava habetque tegumentum ex ligneis tabellis corio inductis compositum, in quo claustra olim fuisse etiam nunc cognosci potest. Huius

libri charta membranae similis et magna cum cura polita et lineis instructa est ita, ut et spatium scripturae destinatum a margine linea directa dividatur et lineae in usum litterarum adsint. Continet codex octoginta duo folia, quorum septuaginta tria scriptura impleta sunt ita, ut in singulis paginis duodetriginta versus exstent. Quae folia distributa sunt in unum binionem, ex quo liber incipit, septem quiniones, qui mediam partem obtinent, quaternionem unum in fine positum. Sed binionem illum postea additum esse compluribus causis apparere mihi videtur. Nam non solum charta ipsa diversum habitum praebet, sed etiam hic binio quamvis in initio libri positus tamen omnino scriptura nec non illis notis, quibus quiniones et quaternio numerantur, caret. Carmina igitur demum in primo folio primi quinionis exordium capiunt et usque ad tertium folium quaternionis pertinent. Sunt haec integra Properti carmina.

Iam vero ultimae singulorum quinionum paginae in angulis imis primas voculas quinionis sequentis a prima manu positas praebent, deinde quiniones ne numeratione quidem carent, nam in eisdem angulis litterae singulae appositae sunt a *K* usque ad *R* et ita quidem, ut littera quaeque non solum in prima cuiusque quinionis pagina exstet, sed etiam in compluribus sequentium inveniatur numeris 1. 2. et littera *Q* (= Quinio) adiectis. Hunc numerationis usum in quinionibus observatum etiam in quaternione postremo adhibitum videmus, non in binione ut iam dictum est. Mirum autem esse videtur, quod librarius in hac notatione a littera *K* neque a littera *A*, quae prima in ordine litterarum est, initium ceperit, quod temere factum esse non potest. Quid inde sequatur paucis demonstrabo. Littera *K* enim in litterarum ordine decimum locum tenet, quare novem quiniones vel quaterniones praecesserint necesse est. Quid vero in illis quinionibus scriptum fuit? Id enim si coniciendo assequimur, sententia ipsa de IX omissis

fasciculis per se verisimillima etiam magis firmata erit. Infuerunt autem mea quidem sententia Catulli et Tibulli carmina. Multi enim libri scripti recentioris aevi coniunctos hos tres poetas offerunt. Continebat igitur Lusaticus quondam non solum Properti sed etiam Catulli et Tibulli carmina, quam opinionem paulo accuratius disputemus. Novem enim quiniones, si duodetriginta versus singulis paginis tribuimus, ICCXXXX versus postulant, Catullo autem MMCCLXXVI, Tibullo MDCCCCXXI versus tribuendi sunt, unde numerus versuum MMMMCICV efficitur. Deinde propter litteras initiales, quae per quattuor versuum spatium excrescunt (duorum inscriptionis et duorum contextus), inter singula carmina spatia binorum versuum inscriptionibus relicta fuisse statuo, quare CCCIV versibus numerus versuum augetur. Itaque versus MMMMCCCCICIX Catullianos Tibullianos habes, qui in illos novem quiniones sic distribuendi sunt, ut Catullo quiniones quinque tribuamus, quorum nonaginta folia litteris conscripta fuerint, Tibullo quiniones quattuor, quorum octo folia litteris caruerint. Concedo autem fieri potuisse, ut non solum quiniones sed etiam quaterniones in hac pessumdata codicis parte exstiterint, sic ut in Propertio sub finem factum esse videmus. Quod si ponimus, foliorum vacuorum numerus deminuitur. Itaque si hanc opinionem sustinemus, sc. Lusaticum olim pleniorem fuisse posteaque ex eo demptos esse Catullum Tibullum, ut solus Propertius tegumento illo, quo videmus, includeretur, mira illa numeratio litterarum *K* – *R* explanatur. Iam vero opponat quispiam fieri non potuisse, ut in medio codice folia vacua relinquerentur. Sed haec quoque dubitatio paucis tolli potest. Nam Properti carmina ipsa in Lusatico incipiunt in primo versu primi folii quinionis *K*, unde concludendum esse arbitror etiam carmina Catulli et Tibulli, cum plenus codex esset, in primis foliis alicuius quinionis coepisse. Praeterea Properti quaternionis ultimi folia quinque extrema

scriptura vacant, possunt igitur vacasse etiam extrema folia Catulli Tibullique. Accedit, quod Memmianus codex, de quo Plessis (études critiques sur Properce pag. 27) egit, coniunctos hos tres poetas praebet ita, ut Propertius exordium a decimo quinione capiat eodemque modo atque in Lusatico usque ad tertium folium quinionis octavi pertineat, unde apparet hoc quoque in codice carmina Catulliana Tibulliana in illos novem quiniones antecedentes distributa fuisse. Itaque contendo Lusaticum olim ex tribus fasciculis compositum fuisse, quorum tertius Properti carmina continens nobis relictus est.

Praeterea in *L*, ut haec iam commemorem, et libri et singula carmina numeris appositis numerantur, atque librorum numeri in superiorum marginum medio, carminum autem in margine iuxta initia carminum positi sunt, utrique a manu secunda rubro colore.

In interiore parte tegumenti a manu recentiore scriptum videmus *Johis Mendel* (nomen possessoris cuiusdam), deinde in prima binionis pagina *Propercius:* (hoc fortasse a manu secunda scriptum est) *libri* e^{or} id est „libri quattuor" (hoc manui recentiori tribuendum est), denique in fine subscriptionem libri *finis* (haec quidem vocula levibus ornamentis est circumdata) et *padue 1469.* His observatis Peperus contendit et patriam et aetatem codicis plane demonstratam esse. Sed hoc unum Peperum effugit, quod et gravissimum et certissimum esse dico: scilicet illa verba *padue 1469* non a librario ipso (m. 1) scripta sunt, sed ab illo viro docto, qui totum librum manu scriptum diligenter iterum recensuit et cui manum secundam tribuimus, in fine libri adposita sunt, quod quidem ex litterarum forma et ex atramenti colore diverso facile elucet; nam litterae *a* et *d* hoc modo ut ibi scriptae sunt, in contextu carminum nusquam inveniuntur, at saepius in correcturis manus secundae; contra vocem *finis,* quae praecedit, manus 1 exaraverat. Propterea Peperi sen-

tentia labefactata est. Mea quidem sententia ex hac subscriptione nihil nisi hoc concludi potest, codicem aliquo tempore in Italia fuisse et scriptum eum esse ante annum 1469 et ipso anno 1469 a viro docto esse correctum.

Scriptura autem facilis et munda minusculis litteris composita est praeter litteras initiales, quae fere semper unciales sunt. Quibus de litteris initialibus pauca addam. Sunt enim initiales per vices rubro et caeruleo colore depictae et caeruleae praeterea rubris ornamentis illuminatae, ita autem grandes sunt, ut per quattuor versuum spatium excrescant (duorum inscriptionis et duorum contextus) praeter initiales primi carminis cuiusque libri, ubi potius sex versuum (duorum inscriptionis, quattuor contextus) spatium occupant. Aliquoties hae litterae initiales artificiose depictae non exstant neque rubricator suo munere functus est ut II. 24 II. 30 II. 31 III. 8, semper autem a librario principali minutis litteris praescriptae, qua in re rubricator duobus locis erravit, quorum alter est III. 2, ubi initialem plane omisit, alter III. 25, ubi *V* pro *R* pinxit. Quoniam vero inscriptionum iam mentionem feci, hoc loco addam has inscriptiones a manu secunda rubro colore additas esse, id enim litterarum ductus evincit, et binos ubique versus occupare.

Litterae ipsae erectae et diligentissime scriptae sunt et eas saeculi XIV esse posse non negaverim; tamen in initio saeculi XV me contineo; potest enim librarius ipsum scripturae genus, quod in exemplari suo saeculi XIII invenerat, suis characteribus imitatus esse; suadet autem cognatio codicis Holkhamici, quam infra observabimus, ne extra fines s. XV ascendamus. Hoc tamen constat litterarum formas in *L* scripturae Neapolitani codicis simillimas esse, nam et ſ longa in fine verborum et c et t litterarum commutatio et compendium & pro *et* in fine verborum in utroque codice inveniuntur. Deinde *n* et *u* litterae saepius commutantur,

eodemque modo *ni ui m* propter similitudinem videlicet. Propterea interdum ipse librarius erraverat ut I. 20, 35 *mille* pro *nulle,* I. 16, 3 *lumina* pro *limina,* II. 10, 22 *unos* pro *imos* exstat. Qua de causa a recentiore manu postea hamuli supra *u* et ictus supra *i* positi sunt, quos accentus in illo libro, quem propositum habuit Lusatici librarius, non fuisse et postea distinctionis causa additos esse Peperus recte iudicasse mihi videtur. Quod *c* et *t* litterae commutantur maximeque *c* pro *t* ponitur, ut fere semper *eciam spacium* aliaque, ad leges permutationis pertinet. Uno autem loco hac scribendi ratione error natus est, nam II. 16, 1 pro *Pretor Precor* a librario in contextum est receptum. Contra ad orthographicam rem pertinent etiam hae proprietates: saepius *ch* pro *c* scribitur ut *archadiis lachrima* et *t* duplex pro simplici *t* ut in *littus* et semper *appollo* duplicem p litteram praebet, semper simplicem *iupiter.* Vide infra de orthographicis tabellas.

Porro ad orthoepicam rem pertinet, quod *p* saepius post *m* inseritur ut *contempnitur columpna* aliaque et plerumque *i* pro *y* scribitur. Vide ibidem.

Interpunctionis signis, ut haec quoque paucis attingam, librarius nulla certa ratione utitur. Etiam hac in re Peperi sententiam sequor, qui putat manum secundam in his signis ponendis versatam esse. Nullis autem nisi duobus signis librarius utitur: puncto semper supra lineam posito _˙ et signo interrogativo .˜, quae signa in versu ipso fere desunt et plerumque in versuum fine maximeque pentametrorum ponuntur.

Compendiorum autem usus maximam praebet inconstantiam, nam nullum exstat verbum, quod semper eodem modo usurpetur, et verborum formae plenae et decurtatae promiscue scribuntur. Dipthongi enim *oe* et *ae* et per unum *e* vocalem

et per *oe ae ę* scribuntur, deinde *dnē*, *domīe*, *domine* = *dominae* iuxta reperiuntur eodemque modo *ūba* et verba aliaque. Gravius hoc. Omnino enim compendiorum usus minus creber est neque plerumque nisi duabus de causis adhibentur. Quarum prima est spatii inopia. Itaque aut in initiis singulorum carminum, ubi litterae initiales spatium magnum absorbent aut, sicubi verbis falso scriptis versus exuberat spatiumque contrahitur et litterarum angustiae nascuntur, compendia cumulantur. Prioris rei optimum est exemplum initium secundi libri:

> Queīt' un' mi tocíēſ scribāt˜ amõeſ
> Vn' me' ueníat moll' ī ora liber
> Non h' calliope nō h^c mi cātat appollo
> Jngeniū nob' īpa puella facit

deinde ut alterius quoque rei exemplum afferam, videas I. 3, 13:

> Et quamuiſ duplici correptum correptū ardõe iubēnt
> . . . .

Ceterum notissimae illae voculae *et* = & *q;* = *quae que*, *qd'* = *quod*, q̃ = *quam* aliaque saepissime per compendia scribuntur. Quibus de rebus Peperi sententiam rectam esse puto, qui affirmat in libro quem exscripsit librarium compendia non multa invenisse neque, nisi necesse fuerit, ea intulisse.

Saepissime duo verba in unum falso contracta postea virgulis dividuntur. Qua in re interdum errat is, qui virgulas posuit, ut IV. 10, 26, ubi *Nomentum* nomen proprium in *Nomen* / *tum* dirimitur. Deinde librarius saepe et duo verba per unum scripsit, ut falsa lectio evadat, ut I. 11, 17 *Ante* pro *An te*, I. 16, 22 *Intepido* pro *In tepido*, II. 25, 30 *Intacito* pro *In tacito*, III. 5, 45 *Inmiseras* pro *In miseras* et unum per duo ut I. 16, 25 *Sol a* pro *Sola*, IV. 4, 91 *In gestis* pro *Ingestis*.

Aliam quoque proprietatem Lusatici Peperus ad statum

exemplaris vetustioris non iniuria rettulit. Nam in Lusatico versus ita dispositi sunt, ut breviorum versuum initia per unius vel duarum litterarum spatium ab initio hexametrorum reducantur. Paucis autem locis librarius ab hoc usu aberravit, cuius erroris causa plerumque est aut omissio unius vel complurium versuum antecedentium ut I. 7,4. II. 7,8, 16,56. III. 1,60, 62, 4,21, 14,23, 23,7. IV. 7,54 aut ea res, quod pentameter primus versus novae paginae est ut I. 2,16, 18,28. II. 10,10. III. 4,21, 6,14, 22,40. IV. 10,45. Restant loci I. 5,26, 11,8, 18,14. III. 2,29 quos primos versus novae paginae in exemplari librarii fuisse puto. Sed omnibus his locis recta *εἴσϑεσις* paulo post restituitur.

Nunc agendum est de correcturis, quae satis multae inveniuntur, sed tanta cum cura factae, ut primo obtutu vix cognosci possint. Qua in re complures correctorum manus discernendae sunt vel tres vel quattuor. Itaque, quid singulis manibus tribuendum sit, paucis demonstrabo. Atque prima quidem manus sive librarius ipse errores in contextu ipso factos nonnumquam correxit aut expungendo aut delendo virgula quadam directa posita.

Manus autem secundae scriptor iterum totum codicem correxit et ab illo etiam versus a m. 1 omissi in margine suffecti sunt. Hi autem versus inveniuntur restituti supra textum duobus exemplis I. 8b,43/44. II. 19,32, infra textum duodecim I. 3,21/22, 7,3. II. 1,49/50, 3,14/15, 8,7, 16,55, 24b,37/38, 32,14—16. III. 2,19, 15,19—21. IV. 3,48/49, 7,53, duo denique in margine iuxta contextum I. 2,31. IV. 7,53. Restat autem unus versus a. m. 1 omissus III. 23,6, qui non a m. 2 suffectus esse videtur sed potius a m. recentiore. Valde enim litterarum forma ab illa, qua manus secunda et tertia utuntur, abhorret. Propterea quartae manui tribuendus est. Secundae autem manus scriptor non solum omissos versus suffecit, sed etiam in contextu ipso

correcturas fecit. Nam vel verba vel litterae a m. 1 omissae supplentur suprascribendo fere hoc modo *sperare* t II. 9, 8, sed semper hoc hamulo ∧ hic scriptor utitur, si aliquid omissum esse significare vult. Deinde in margine correcturae atque variae lectiones adduntur ut I. 3, 23, 5, 9, 14, 22 et multis aliis locis. Carminum quoque inscriptiones et numeri et librorum et carminum ad hanc manum redeunt, ut iam supra dictum est.

Praeter has duas correctorum manus tertia manus in corrigendis erroribus versata est, nam multis locis et litterarum forma et atramentum non consentit cum prioribus manibus. In contextu autem ipso m. 3 correxit hos locos I. 9, 34. II. 26, 1. III. 2, 8. 2,48. 4, 7. 6, 63. 22, 1. 25, 13. IV. 5, 52. Etiam nonnullae adnotationes et variae lectiones in margine ad hanc manum referendae sunt II. 20, 12. 34, 65. 34, 82. III. 10, 38. 16, 21. IV. 6, 25. 7, 85. 8, 84. Praeterea accentus supra *i* et *u* vocales a manu tertia positi esse videntur. Certum quidem est accentus esse adiectos inscriptionibus carminum iam positis, nam unus exstat locus III. 4 ubi in inscriptione ictus supra *i* non rubro sed eodem fusco colore, quo scriptor tertiae manus utitur, additus est. Qua re demonstrari arbitror accentus non a manu secunda sed a manu posteriore factos esse. Deinde ad tertiam manum pertinent illitae illae lineolae et manuum imagines graphice depictae, quae in margine frequenter inveniuntur et mundam speciem codicis paene depravant. Manus autem illae pictae in versus memoratu dignos digitum tendunt; contra cruces in margine adpositae locum corruptum esse significant, quod quattuor locis factum est I. 8, 22. II. 22, 32. 28, 25. III. 27, 37.

Deinde nonnullis locis versus et inscriptiones falso positae delentur ita, ut includantur voce *va—cat* bipertita. Quae manus hoc fecerit, incertum est, nam litterarum ductus tenuis

et ea res, quod inscriptionibus iam adiectis hae correcturae factae sunt, indicare quidem videtur manum tertiam. Sed illud obsistit, quod litterae *a* forma dissentit ab ea, qua m. 3 utitur, eadem autem est ac manus secundae. Propterea utra fuerit, plane diiudicari non potest.

Quarta denique manus duobus locis mihi exstare videtur, nam II. 20, 10 *danes* in margine scriptum et III. 23, 6 versus suffectus plane distant a scriptura reliquarum manuum.

His absolutis ad lectiones cod. *L* proponendas accedo; ita autem rem acturus sum, ut saepenumero iuxta Lusatici lectiones notas collocem librorum mss. reliquorum maxime eorum, qui cum *L* consentiant.

Index librorum manuscriptorum, qui in his tabellis adhibiti sunt.

L = codex Lusaticus in bibliotheca Gorlitziana nuper repertus saec. XV.

N = codex Neapolitanus saec. XIII.

D = codex Dauentriensis saec. XIV., qui a I. 2, 14 incipit.

V = codex Ottoboniano-Vaticanus saec. XIV.

A = codex Vossianus saec. XIV., qui usque ad II. 1, 63 pertinet.

F = codex Florentinus saec. XV.[1]

H = codex Holkhamicus saec. XIV, qui a II. 21, 3 incipit.

φ = codices reliqui praeter eos, quorum propria nota proposita est.

Aliorum quoque codicum Groningiani, Hamburgiensis, Memmiani (Parisini 8232), Urbinatis collationes inspexi, sed quod minoris momenti esse mihi videbantur nimiumque spatii

[1]) Florentini codicis collatione, ut in Baehrensi editione exstat, usus sum, nonnumquam tamen recentioris collationis a M. Alford factae (cf. Postgate l. c. p. 57/58) lectiones addidi easque signo *F. M. A.* notavi.

postulabant, eorum his in tabellis rationem non habui, nisi quod eis locis, quibus *N* deest, Memmiani et Urbinatis, qui est *N* codicis exemplum, lectiones attuli; cf. Hosius, Mus. Rhen. XXXXVI. p. 580. Memmianus = μ Urbinas = *v*.

I. *L* solus rectam lectionem praebet.

Liber I:

3, 7	spirare *N mg. m 2 F m 2 V m 2*	sperare *cet.*
9, 4	quovis *V m 2*	quaeuis *cet.*
11, 1	Ecquid *Fm 2*	Et quid *cet.*
18, 16	deiectis	delectis *NV m 2* dilectis *DVFA.*
20, 4	minuis *sed corr. rad. in* minius, minyis *V mg. m 2.*	cf. tab. VI.

Liber II:

6, 5	deletas *Fm 2 Vm 2*	delectas *cet.*
18, 16	memnone *Vm 2 corr.*	mennone *cet.*
28, 16	ueniet *Vm 2*	uenit *cet.*
35	rhombi	cf. tab. VI.
31, 3	columnis *F m 2 V mg. m 2*	columbis *cet.*

Liber III:

1, 22	reddet *Fm 2 Vm 2*	reddit *ced.*
3, 32	rostra *Fm 2 V corr.?*	nostra *cet.*
5, 6	era	aere *N* ire *DVF.*
6, 3	Num	cf. tab. VI.
6, 26	rhombi *V corr.*	bombi *N* rumbi *DF.*
41	Quod mihi si *Fm 2 V corr.*	Quod nisi et *N.* Quid mihi sit *DV.*
9, 14	miros	cf. tab. VI.

10, 17	polles *F m 2 V corr.*	pelles *cet.*
11, 61	Curtius *F m 2 V mg. m 2*	Curius *NV.* Durius *FD.*
16, 13	ambulet *V corr.*	ambulat *cet.*
22, 1	annos *F m 2 corr. H*	annus *NFV* amnis *D.*
23	Clitumnus	cf. tab. VI.

Liber IV:

1, 79	Di *fort. ex* Dii *correctum est*	Dic *N* Dii *DVF.*
106	Umbra ue que	cf. tab. VI.
117	oiliade	o iliade *cet.*
2, 35	eius	elus *cet.*
3, 7	bactra *V in ras m 1*	*N om.* blactra *DVF.*
6, 25	nereus	neruis *cet.*
7, 63	Andromedeque	cf. tab. VI.
11, 29	trophea decori	*N om.* decora trophei *DVF.*
43	Non fuit *F m 2 V mg. m 2*	Confuit *DV* Ton fuit *F.*
46	insignes *et F et V corr.*	insignem *DVF.*

II. *L* solus pravam lectionem exhibet.

a. lectiones, quae interpolationis speciem praebent.

Liber I: 8, 19 peruectam.
Liber II: 1, 51 Si.
Liber III: 18, 4 stracta (sic punctum est).
Liber IV: 1, 65 si quis *V mg. m 2;* 8, 69 prostratus, 10, 18 aprico.

b. lapsus calami facilesque errores.

Liber I: 1, 38 referr &, 2, 9 sum mittat, 15 leucippus, 32 sunt, 3, 14 Hac — ac, 23 soluebam, 25 largiebar, 42 carmine, 4, 14

tibi
Sub tacita, 18 tacitis (*m 2 suprascr.*), 22 Differret, 5, 16 tibi, 7, 9 contentus, 14 Eit, 8, 2 iulior, 5 murmure, 6 indura, 25 concidat, 30 D^c^escit, 45 hec, 9, 3 adiura, 8 dicat, 14 caue, 23 facile, 28 uigiliare, 34 quod, 11, 5 Nostra, 7 Ante, 11 inunda, 14 intacito, 17 prospecta, esmihi, 12, 6 ne^c^ (*c a m 2*), 13, 35 quam (fort. compend. in libro, ex quo *L* exscriptus est), 14, 3 linthres, 15, 3 perido, 5 Est, 17 esonidem, 19 Hysiphile, 20 hemonio, 16, 2 terpeie (*a m 2 suprascr.*), 12 sedi, 21 Nulla ne, 22 intepido, 25 sol a, 28 Per cussas, 17, 7 Nulla ne, 18, 10 puelle — tue, 19, 4 ex equiis, 20, 19 labente, 22 regit, 27 capere, 30 sumovet, 31 orythie, 35 mille, 21, 6 He, 22, 9 supposita.

Liber II: 1, 46 in eo conterat (*F m al. M A*), 67 repleuit, 3, 11 minio, 4, 1 & = et, 3 Hac, detrectet, 9 fero, 23 munus, 6, 8 iura, 11 Mee, 13 ledant, 20 romulo, 32 subtacita, 8, 36 inerepto, 9, 3 bisdenos, 10, 7 ueteres, 22 unos, 11, 3 una, 12, 16 Assiduus *que om.*, 13, 7 magna, 17 claudit, 13, 25 sunt, 26 persephonĕ, 37 hic, 47 facta, 56 Diceres, 14, 29 mala, 15, 1 onox, otu, 20 lese — tue, 21 prohibente te, 39 dab^t^, 16, 1 Precor, ueniet, 44 ledit, 50 fluminaque, 17, 5 tantele, ammoveare, 18, 31 suco, 20, 7 bissex, 16 cinis sit *heu om.*, 22 tacet, 21, 5 cantet, 22, 11 aliquis, 23, 5 quae nunc nam, 24, 5 spirare, 10 lenis, 27 Terra *H*, 31 intumidum, 25, 7 inuacua *H*, 30 intacito, 42 dolor, 47 in somnia *H*, 26, 1 insomnis, 12 nomen meum, 49 et, 53 sylla, 27, 1 mortalis, 28, 27 Narrabit, 29, 18 facit, 22 nocte, disces, 30, 30 ad *om.*, 31, 13 pernasi *H*, 15 uterque, 32, 3 dubius, 42 ledit, 34, 38 ab arche mori, 63 aenea, 89 Nec.

Liber III: 1, 28 campo, 39 arminis *litt. init. om.*, 2, 9

terraneis (tenariis *mg. m 2)*, 3, 17 hiculla, 34 exercens, 4, 5 iurgis, 5, 7 promotheo, 17 heresus *(corr. m 2)*, hero *F mg. m 2*, 36 Pleiadii, 45 inmiseras, 6, 14 adlecti, 33 inuacuo, 7, 50 uersi colore, 8, 3 inme, 9 nevi *vel* neri, 13 gregi, 9, 11 Inueneris, ponit *F mg. 2 V mg. m 2*, 24 licet, 29 intenues, 33 tenebris, 42 Victo, 51 exubere, 10, 25 sonnos, 11, 8 disco, 28 suam *(que add. m 2)*, 35 tres tibi, 48 semili, 12, 3 Tanti ne *H*, 13 Ne ve, 15 incasta, 34 latreus *H*, 35 lectos, 14, 6 throci, 16, 6 me ne, 17, 7 Tequoque, 16 mille *H*, 25 dephinum, 18, 6 Cymbalo, 28 haut, 19, 6 fontis *om.*, 24 clausit *(corr. m 2)*, 21, 17 ueher, 28 docto *om. m 1*, 22, 4 uitis, 18 ubi *(que om. m 1 add. m 2)*, 36 [de] decorare *(corr. m 2)*, 23, 17 repperit, 25, 1 positus, 8 bone, 14 Aspeculo.

Liber IV: 1, 19 Annuuaque, 33 sub urbane *H*, 118 Qua, 123 cano, 128 intenues, 140 puellas, 2, 40 Serpiculus, 46 Impositis, 57 uersus *om.*, 3, 37 Cogaor, 59 noctu[a] *(a add. m 2)*, 4, 5 Siluam *H*, 7 [t] acius *(t add. m 2)*, aceruo, 18 ueste — suas, 35 abdita, 63 Etiam, 78 Taicit, 82 pacta, 91 in gestis, 5, 19 seu, 32 Postmodo, 44 me[h]ca *(h add. m 2)*, 45 I[n] *(n add. m 2)*, 69 Integetes, 6, 1 fauenti[a] *(a add. m 2)*, 20 aquis, 23 o[i]mne *(i add. m 2)*, 26 et *om.*, 35 urbes, 37 o *om.*, 44 non-bene, 52 est, 6, 59 Ac, 7, 9 adderat, 16 trista *(sed corr. m 1) H*, 72 choridos *H*, 79 corintho, 81 amo, 8, 10 tremere, 23 Siriganam, 31 terp[a]eios *(a add. m 2)*, 53 Poc[a]ulo *(a add. m 2)*, 58 [a]equas *(a add. m 2)*, 9, 29 populis, 32 minore *H*, 46 sola, 49 coepit, 51 & = et *H*, 10, 11 exumeris, 21 palma, 23 uenientis, 26 Nomen tum, 27 Eueii, 46 circo, 11, 7 nou[m]ent *(m add. m 2)*, 29 per auia, 35 tuo sic dissessura *H*, 40 proauos.

c. **Orthographica Lusatici propria**, quamquam non nego hic illic eadem in φ exstare. Ea, quae speciem antiqui et genuini prae se ferunt, asterisco notavi.

Liber I: 1,12 hirsutas, 2,13 littora (*littus* per duplicem litteram *t* fere semper scriptum est quattuor locis exceptis: II 26,11; 34,61; 34,64. III. 15,33), 22 appelleis, 3,22 cinthia, 46 lachrimis (ut fere semper), 4,25 danno, 5,6 tessalia, 6,36 sydera (ut fere semper), 8,2 gelyda, 25 licet attraciis, 41 appollo (ut semper), 10,25 contempnitur, 12,4 hyppanis, 17,2 adloquor *, 3 casyope, 17 circundata, 19,7 phylacides *, 20,11 Nimpharum.

Liber II: 1,30 littora, 34 Acciaque, 37 Teseus *F M. A.*, 43 thauris (thauris *F M. A.*), 63 hemonya, 4,3 thaurus, 5,11 carpathye, 8,2 lachrimas, 22 sautius, 10,1 helicona, 11,5 contempnens, 13,3 contempnere, 22 thoro, 30 onyx *, 14,25 columpna, 30 onusta, 15,25 cathęna, 16,38 dampnatis, 19,11 thauros, 20,11 cathenas, 23,15 teritur, soccho, 24,3 hiis, 25,18 immerita *H*, 26,51 orythia, 27,8 utrinque *H*, 28,43 dampno, 30,36 Bisthoniis, 32,3 chintia, 27 dampnata. 43 foelicem, 33,4 inachis *V m 2* (vide tab. VI), 15 alumpnis *H*,

Liber III: 2,5 ethna *F m 2 H*, 7 appolline, 3,22 cimba *F m 2*, 52 phylitea, 4,4 euphrates, 5,41 finei *H*, 6,17 Umidaque[1]*, 7,13 orythie, 21 agamennonias, 65 Substrahit, 8,4 proycis, 9,15 Phydiacus, 10,22 onus *ex* onusx (*corr. a m 1 s littera hasta traiecta*) *, 11,12 esonias, 23 per menia *H*, 31 precium *H*, 13,52 inthonsi, phythia, 15,6 licynna, 32 nothos *H*, 16,12 Schironis, 17,26 panpinea, 30 bassaracas *H*, 33 dyrchee, 18,15 vicesimus, 21,13 linthea, 22,3 Dyndimus, 23,23 columpna.

[1]) Quamquam in Prop. libris mss. fere semper ***humidus***, ***humor*** exhibitum videmus, tamen ***umor***, ***umidus*** praeferendum est. cf. P. Heymann: In Prop. quaestiones grammaticae, Halis 1888 p. 69.

Liber IV: 1,30 tacio, 76 pyla, 103 libie *F m 2,* 109 chalchas, 2,52 tatii, 3,1 Aarethusa (vide infra), lycote, 4 lachrimis, 5,7 Penelopem, 18 fete, 62 notho *H,* 69 exspirare, 6,55 pharetrę, 77 sycambros *, 7,3 fulchro, 25 harundine *, 60 elysas, 74 Pathenie, 8,19 archana *H*, 37 suppellex, 39 choralistria, 48 Lannuuii, 57 coniicit, 68 Liddamus *H,* 75 spaciabere *H,* 9,3 pallacia, 10,37 Di lacias, 43 brachis, 11,17 Inmatura *H**, 21 Adsideant*, 23 Sysiphe, 38 affrica *H*, 39 persen *H* *, 49 hausteras *H,* 51,51 cibelen *, 81 simulachra, 100 precium *H.*

d. Lectiones dubiae.

1. Et L et ceterorum lectio probari potest.

Liber II:

9, 27	circumstaremus *L*	circum staremus *cet.* (quod idem valet).
13, 27	sequaris *L*	sequeris *cet.* (id quod praeferendum est).
17, 1	amantes *L*	amantem *cet.*

Liber IV:

7, 71	moneris *L*	moueris *cet.*
11	innoxia *L*	non noxia *cet.* (vide infra).

2. Nullus codex plane rectam lectionem praebet.

Liber II:

13, 47	Qui *LF m 2* (hoc quidem propius a vero est)	Quis *cet.*
31, 5	quidem *L*	equidem *NFV* eadem *D.*

in *L* vera scriptura latet, nam *quidam* postulatur.

Liber IV:

11, 30 Eranumantinos *L F m 2 V m 2 mg.* Et Numantinos *N om. DV F m 1 om.*

III. *L* cum *N* consentit.

a. *LN* rectam lectionem contra ceteros servaverunt.

Liber I: 2, 3 murra (*sed N m 2 h suprascr.*), 3, 4 andromede (fort. etiam *V), 30* cogeret *F m 2 V corr.,* 33 Compositos — ocellos, 5, 7 conlata, 6, 4 memnonias *F m 2,* 6 colore, 32 tingit, 7, 20 seros *F m 2 V corr.,* 8, 15 in ora (in aura *N),* 36 elis, 9, 31 silices, 10, 25 Irritata, 11, 6 Ecquis, 12, 9 an qu(a)e *F mg. m 2 V corr. m 2,* 13, 11 H(a)ec *F m 2 V m 2,* compescet *F m 2 V mg. m 2,* 21 enipeo, 14, 22 releuant (eua *ex corr. L m 1*) *F m 2 V m 2,* 15, 9 calypso *V m 2,* 18, 19 arbor *V m 2,* 20, 22 A dolor, 22, 7 Tu *F corr. V* (*a m 1?*).

Liber II: 3, 18 euhantes, 26 ne (= ne *V),* 27 partus sunt[1]) (parthus *L m 1*) *F m 2,* 6, 26 cuiuis, quidlibet, 7, 3 Ni (= Ne), 18 hibernos, 8, 15 Ec quando ne *F m 2,* 37 sera, 9, 15 peleus, 21 duxistis, 26 poterentur, 34 hiberno, 44 sic, 12, 8 ullis, 13, 1 armatur, 13 contigerint, 47 minuisset *F m 2 V mg. m 2,* 14, 2 laomedontis, 15, 27 sint, 51 Ac, 16, 44 flauo, 18, 21 deminuo, 22 Huic, 19, 20 monere, 22, 6 incinit *H,* 23, 8 ecquid, 24, 10 Parcius *H,* num, 15 Ah, 46 seruato *V mg. m 2,* 25, 39 officia in multos, 43 prodire *F m 2 V ex corr.,* 45 sit *F m 2 H,* sandicis *F m 2,* 26, 15 ob inuidiam *V mg. m 2 H,* 36 auster, 43 isdem, 44 modo *V m 2 H,*

---

[1]) ita recte; cf. Birt in editione Claudiani praef. p. 214.

56 hedus *H,* 28, 21 deuota *F mg. m 2 V mg. m 2,* 33 poterit, 47 hec (hec *c add. m 1 L) H,* 29, 1 mea *V corr. F suprascr. m 2,* 36 nec *V mg. m 2 H,* 30, 16 sones *F m 2,* 18 tumor *V mg. m 2 H,* 21 Spargere et, 31, 3 penis *F mg. m 2 V m 2,* 32, 7 spaciere, 52 Hic *V mg. m 2 H,* 59 dane, 33, 26 nondum *H,* 42 uos *V corr.,* 34, 1 iam credat *F m 2 V m 2,* 4 formosam *V mg. m 2,* 9 perfide *V m 2,* 10 Tangere *V m 2,* 12 Posses *V m 2,* 15 socium, 23 fallet me[1]), 25 seros *F m 2 V mg. m 2,*. 40 capanei magno, 42 choros *V mg. m 2 H,* 43 angusto *V m 2,* includere *V mg. m 2 H,* torno *V m 2,* 47 Sed *F m 2,* 72 Huic *V corr.*

Liber III: 1, 5 tenuastis *F m 2,* 2, 1 detinuisse *V m 2 H,* 3, 32 gorgoneo *F m 2 V m 2,* 41 pr(a)econia *H,* 42 tinguere *H,* 4, 19 serua prolem *V m 2,* 22 sacra *V in ras.,* 5, 6 clade *F m 2,* 18 acta, 24 Sparserit et, 41 alcmeoni(a)e *V m 2,* 7, 23 Hoc *F m 2 V corr.,* 46 nil ubi *F et V corr. H,* 52 inuisam *F m 2 V m 2 H,* 57 Di, 68 thetis, 8, 18 Has *F m 2 V corr.,* 9, 2 Intra *F m 2 V corr. H,* 36 flumine (eflumine *F* ≡ flumine *V),* 10, 3 misere (misere ≡ ≡ *V*), 15 Dein qua *F mg. m 2,* 22 murreus, 23 rauca *F m 2 V corr.,* 31 thalamo sollempnia, 11, 14 Meotis *F mg. m 2,* 15 cui *F m 2 V corr.,* 25 qua *F mg. m 2 V corr.,* 12, 4 faceres *F m 2 V mg. m 2,* 11 med(a)e letentur *F m 2 H,* 32 natasse, 13, 3, et *V mg. m 2,* 23 hic nulla *V m 2,* 26 quorum *F m 2,* 27 Illis munus erant, 43 uenaberis *V m 2,* 47 At *V m 2 corr.,* 51 limina *F mg. m 2 V corr.,* 53 diras *V m 2,* 56 pio *F m 2,* 58 nusquam *F mg. m 2 V mg. m 2,* 14, 19 capere arma, papillis *F m 2,* 27 Nec, 30 uia *V corr.,* 15, 15 pensis (≡ pensis *V*), 34 Sic cadit *V m 2,* 16, 4 cadit

---

[1]) cf. II 3, 27.

V m 2, 11 l(a)edat *F m 2 V m 2,* 17 auertit *H,* 30 Non *F m 2 V mg. m 2,* 17, 21 fulmine *V corr. H,* 18, 20 sint *V m 2,* 19, 13 salmonis *F et V ex corr.,* 20, 4 Tantisne in lac(h)rimis, 19 cedent (cędent *N*) *V corr.,* 21, 6 at *F m 2 H,* 26 hortis, 22, 12 Peliaceque *V m 2 H,* 13, argoa *F m 2 V m 2 H,* 15 Et *F m 2,* 27 labuntur, 33 Penthea *V m 2 H,* 35 pelice *H,* 23, 20 ephemeridas, 24, 6 esses *V m 2 H,* esse *V mg. m 2,* 25, 8 ire *V mg. m 2,* 9 limina *F m 2,* 13 tum *F m 2,* 18 forme *F mg. m 2.*

Liber IV: 1, 6 Nec *V m 2,* 8 bubus *F mg. m 2 V mg. m 2,* 13 Bucina, 15 cauo (*N F m 2 supra lin.*), 24 exta litabat *V m 2,* 28 nuda *V mg. m 2,* 66 estimet *H,* 68 inceptis *F mg. m 2,* 73 auersus *V m 2 H,* 81 Nunc *F mg. m 2 V in ras.,* 86 hesperia, 104 Aut *V m 2,* 108 petenda *H,* 125 Scandentisque asis, 133 Tum *V m 2,* 135 At *V ex corr. H,* 141 mento *F m 2 V mg. m 2,* 142 Nil erit *V mg. m 2,* 144 quoque *V m 2,* 145 mille, 149 diducat, 2, 2 paterna *F m 2 V mg. m 2,* 22 quamcumque, 26 secta, 28 in *V mg. m 2,* 29 at, 44 notat *F m 2 V mg. m 2,* 49 Et *V m 2,* 62 ne *F m 2,* 64 opus *F m 2 V in ras.,* 3, 5 Aut *V in ras.,* 16 Vitta *V m 2,* 59 finitimo *F et V mg. m 2 H,* 67 sic *V m 2,* 71 capine *H,* 4, 9 tum *F m 2 V corr.,* 10 saxa *et F et V mg. m 2,* 30 non patienda, 42 stamine *H,* 57 ne *V m 2 H,* 66 uenias oculis *V m 2,* 83 remissus *F m 2 V m 2,* 5, 5 Docta *F et V mg. m 2,* 21 dorozantum, 24 Sectaque (c *in ras. V m 2*), 26 Murreaque *H,* 38 Quidlibet *F m 2,* 52 saluere *V m 2 H,* 55 uita, 57 Qui *V corr.,* 58 aere (aęre *L*) *V mg. m 2,* 6, 2 cadat *V m 2,* 45 nimium *F et V mg. m 2,* 50 experiere *V m 2,* 63 illa *F m 2 V m 2,* 79 Hic (i *in ras. V m 2*) *H,* sero *H,* 85 noctem *V in ras. m 2,* 7, 8 Eosdem, 15 furta *V mg. m 2,* 20 pallia *V mg. m 2,* 33 erat *H,* 41 rependit *F et V*

mg. m 2, 83 Hic, 84 Vector *F m 2 V corr.,* 93 Nunc *F m 2 V corr.,* 8, 3 Lanuuium, 11 corripit *V mg. m 2,* 21 Spectaculum *V mg. m 2 corr. rad. H*[1]*),* 34 nouare *F m 2 V mg. m 2,* 48 ei, 56 Spectaculum[1]), 85 lucernas, 9, 5 uelabra *V m 2,* stagnabant, 14 diruit, 27 limina *V corr.,* 54 limina *V corr.,* 10, 5 Imbuis *V mg. m 2,* 34 tegebat *V m 2 H,* 42 c(a)esa, 45 Nunc *V in ras.,* 11, 102 uehantur *V m 2.*

b. *L* et *N* soli falsam scripturam praebent.

Liber I:

2, 20	ippodamia *LN*	yppodamia *A*, ypodamia *F*, hippodamia *DV*.
8, 20	oryquos *LN*	oriquos *AF*, orycos *DV*.
8, 26	hileis *LN*	hyleis *AF*, ellaeis *DV* (*hic mg. m 2* hylęis).

Liber II:

8, 15	anusque *LN*	an usque *DV*[2]), auusque *F*.
10, 17	horis *LN*	oris *φ*.
13, 36	Unus *LN*	Unius *φ*.
15, 49	lucet *LN*	licet *DV*, l$\overset{u}{\text{i}}$cet F.
19, 25	clituntus *LN*	clitumnus *φ*.
22, 23	Percunctere *LN*	Percontere *DV*, Percuntare *F*.
34, 54	flumina *LN*	fulmina *φ*.

Liber III:

1, 11	currum *LN H*	curru *φ*.
2, 4	in numeri *LN H*	in muri *DV*, ĩmineri *F*.
6, 18	Retulit *LN*	Rettulit *φ*.
13, 53	mons *LN V corr.*	mox *DF*.
14, 28	adorat(a)e *LN*	odoratae *φ*.
16, 13	horis *LN*	oris *φ*.

---

[1]) quod certe verius quam *Spectandum* (*φ*).

[2]) sed fere idem est.

Liber IV:

6, 54	vilia *H LN*	iulia *φ*.
85	carmina *LN*	carmine *φ*.
9, 5	flumina	flumine *φ*.
10, 21	piroto (pirotao *L m 1*),	pyropo *DV*, piropo *F*.

c. *LN* dissentiunt cum ceteris ita, ut utriusque codicum classis lectiones aut teneri possint aut falsae sint.

a.

Liber I:

19, 11	quicquid *LN*	quidquid *φ*.

Liber II:

8, 4	lenior *LN F m 2 V mg. m 2*	segnior *DV* leuior *F m 1*.
9, 13	achilli *LN*	achillis *φ*.
30, 29	semela *LN*	semele *φ*.

Liber III:

5, 31	arces *LN*	arcem *φ*.
23, 20	diras *LN*	duras *φ*.

Liber IV:

1, 36	isse *LN* (quod fere exquisitius est)	ire *φ*.
2, 19	noces *LN*	uaces *φ*.
3, 53	rarisque *LN*	raris *φ*.
8, 72	Cum *LN*	Cui *DV* Cur *F*.
9, 42	hec *LN*	hic *φ*.
10, 17	uirtutisque *F m 2 V m 2*	uirtutumque *φ*.

b.

Liber II:

25, 17	sub limine *LN H*	sub lumine *φ*.
34, 59	externis *LN F m 2*	aeternum *DV*, eternis *F*.

Liber III:

3, 30	patege(a)e *L NH V mg. m 2*	pane tegeae *D*, panetegee *F*, pan ≡ tegee *V* (pan tegeee *V m 2)*.
12, 29	sithicis *LNH*	syticis *F*, scythicis *DV*.
14, 17	habenis *LN* (propius a vero)	athenis *φ*.
21, 19	lychaeo *LN H* (quod propius a vero est)	lyceo *DV*, liteo *F*.
22, 3	inuenta *LN*	iuuenta *φ*.

Liber IV:

3, 55	Graucidos *LN H*	Grancidos *φ*.
4, 55	pariamne *LN*	patiare *DV*, patrianne *F*.
5, 63	animus(*V suprascr.*) *H*	animis *φ*.
8, 37	vtrique *LNF m 2 V corr.*	uterque *φ*.
	ad uictos *LN*	aduinctos *D*, adiutos *F*, adiunctos *V* (adductos *mg. m 2.*)
10, 42	erecti *LN F m 2*	effecti *φ*.
11, 97	lubrigia *LN*	lubrica *φ*.

d. Orthographica *L* et *N* communia; ea, quae speciem antiqui et genuini praebent, asterisco notata sunt.

Liber I: 1, 10 yasidos *, 6, 3 coripeos, 15, 18 Hysiphile (Hypsiphile p litteram *del. L m 1 hasta traiecta*), 20, 20 adplicuisse *.

Liber II: 1, 3 calliope, 59 philoctetae *, 2, 9 lapithe, 4, 13 inmeritos *, 5, 26 circumiere, 9, 7 ulixen *, 38 proh dii, 10, 13 euphrates, 12, 19 temptare, 14, 5 oresten *, 25 columpna, 15, 3 adposita *, 9/20 brachia, 15 endimion, 22, 6 Brachia, 23, 21 euphrates, 25, 10 thitonus, 16 liquore, 26, 13 chroesi *H*, 37 ulixen *, 28, 23 Callisto, 57 perhennis[1]),

[1]) hoc saepius in vetustioribus libris manuscriptis exhibetur cf. Mus. Rhen. LXII suppl. p. 125.

30, 2 tanain *, 6 mercuri *, 38 bachus *H*, 32, 12 attaicis, 29 erechti, 34, 33 (a)etoli, 68 harundinibus *, 72 titirus, 73 alexin *.

Liber III: 2, 2 treicia, 19 sepulchri, 3, 23 harenas *, 42 tinguere 4, 6 Adsuescent *H* *, 5, 19 helycona *, 30 perhennis (cf. II. 28, 57), 40 Thesyphones, 7, 27 sepulchrum, 41 socium, 9, 12 Parrhasius, 16 Praxitelen *, 11, 53 Brachia *H*, 59/61 monimenta, 12, 32 hiemis, 13, 24 euhadne *, 54 parnasus, 55 polimestoris, 57 eriphyla, 58 amphyaraus, 14, 5 brachia *V m 2*, 14 Thermodoontiacis, 15 taygeti, 24 hausteri, 15, 22 antiope, 25 cytheronis, 38 dircen *, 41 zethi *H*, 17, 1, 6, 13, 20 bache *H*, 21 ethneo, 25 tyrrhenos, 35 cibele *H*, 18, 5 mortales, 19, 13 enipeo *, 21 mynoa *H*, 20, 11 spaciosius *V m 2*, 21, 5 temptata *H*, 11 socii *H*, 20 phaselus *H*, 22, 2 ismos, 9 Girionis *H*, 11 colchum.

Liber IV: 1, 16 sollempnis *H*, 29 lygmon *, 62 bache *H*, 2, 7 tiberinus, 33 harundine *, 51 sociis, lycomedius, 3, 62 Succincteque, 4, 1 sepulchrum, 24 tinguendos *H*, 28 brachia *H*, 61 himenee, 71 thermodoonta, 5, 1 sepulchrum, 8 antynoo, 16 inmeritas *, 43 thais, 53 Adferat *, 6, 17/67 monimenta *H*, 69 cytharam, 76 Bache *H*, 78 meroin *, 84 euphraten *, 7, 33 hyacinctos, 37 archanos, 57 clytemestre *[1]) 59 faselo, 61 cybeles, 66 brachia *H*, 8, 37 estiva *H*, 57 Phyllidos *, 9, 2 erithea, 46 lybico, 57 tyresias, 68 inquid, 10 26 chore *H*, 39/41 a rheno, 47 umeris (*sed in L h add. m 2*) *, 11, 1 sepulchrum, 89 conlata (*sed. corr. m 2 L*) *.

---

[1]) cf. P. Heymann: In Prop. quaest gramm. p. 75.

IV. *L* cum *N m 2* congruit, semperque illi rectam lectionem exhibent.

Liber I: 1,22 meo, 34 defit, 2,3 quid, 3,3 cepheia, 7 spirare, 45 sopor, 5,6 e, 21 nostrum, 23 succurrere, 31 quid, 6,12 amare, 8,17 mereris, 10,14 quiddam, 13,13 hec ego, augure, 15,41 moniturus, 18,12 ulla, 32 uacent, 19,1 nunc tristes, 20 Tum, 20,18 longe.

Liber II: 1,7 uidi, 36 pace, 59 crura, 3,12 natant, 5,27 quod non umquam, deleat, 8,14 qui, 10,23 inopes, 13,34 tegat, 14,11 At, 15,29 errat, 20,1 grauius, 16 fallo, 23,12 iuuat, 24,11 flabella, 25,2 ueni, 5 annosus, 21 pleno, assumis, 26,49 illi, 30,17 meandri, 25 nemo, 32,28 puras, 30 crimina.

Liber III: 3,36 aptat, 23,3 nostris.

Omnibus fere locis *DVAF* aut universi aut singuli eandem exhibent lectionem.

V. *L* dissentit cum *N m 2*.

a. *L* lectio est praeferenda.

Liber I:

2,3	murra *LN m 1*	murrha *N m 2.*
21,10	mea *L N φ*	tua *N m 2.*

Liber II:

10,26	Permessi *L Nm 1 φ*	Termessi *N m 2.*
11,6	hic *L N m 1 φ*	haec *N m 2.*

Liber III:

9,22	tuis *L N m 1 φ*	meis *N m 2.*

b. *L* pravam exhibet lectionem.

Liber I:

1, 24	cytalinis *L*	cythainis *N m 2.*
2, 16	telaira *L*	ilaira *N m 2.*
17	ida *L*	idae *N m 2.*
18	Euenit *L*	Eueni *N m 2.*
20	ippodamia *L*	hippodamia *N m 2.*
5, 9	ruis — nostris *L*	tuis — votis *N m 2.*
6, 3	coripeos *L*	quo ripheos *N m 2.*

Liber II:

2, 11	bobeidos *L*	boebeidos *N m 2.*
3, 17	iacheco *L* (c *suppunct.*)	iaccho *N m 2.*
18	adriadna *L* (d *suppunct.*)	ariadna *N m 2.*
15, 47	Nec *L*	Haec *N m 2.*
30, 30	uolaret *L*	uolarit *N m 2.*

Peperus p. 16 affirmat et *N m 2* et *F* in v 24,41 libri II. *peperisse* exhibere. Quam ille lectionem *N m 2* unde habeat, nescio, nam neque Baehrensius neque Hertzbergius in adnotatione critica hanc lectionem *N m 2* tribuunt.

VI. Et *L* et *N* et φ diversas exhibent lectiones.

Liber I:

2, 16 telaira *L F m 2*, telaria *N m 1,* tela ira *AF,* ilaira *N m 2*, thelaira *DV* (in hoc *i* in *y* corr.)

L et *AF* idem legerant, *N m 1* idem quod *DV*, solus *N m 2* aut meliorem fontem adiit aut ipse coniectando correxit.

4, 22 Differr & *L*, Differet *N*, Differt *AF,* Deferet *DV.*

25 danno *L m 1*, dampno *N,* damno φ *L m 3 vel 4.*

8, 25 licet attraciis *L*, licet atraciis *N*, licet a traciis *A*, licet atratiis *F*.

LNAF eandem fere lectionem praebent.

a thraciis licet haec *D*, athraciis licet haec *V*, (*DV* interpolate).

9, 11 mimerini *L* (*ex* mimermi *corr. m 2 vel 3*), minnermi *N*, munermi *A*, minerin *F m 2 om. F m 1*, numerini *DV*.

13, 21 hemonido *L*, hemonio *N*, emonio *φ*.

14, 3 linthres *L*, lyntres *N*, lintres *φ*.

15, 17 esonidem *L*, aesoniden *N*, esoniden *A*, exoniden *F*, exonidem *D*, ęsonidem *V*.

18, 16 deiectis *L*, delectis *NV m 2*, dilectis *φ*.

20, 4 minius *ex* minuis *L m 1 corr. rad.*, miniis *N*, minius *AF V m 1*, minimus *D*, nimius *m 2 corr.*, minyis *V mg. m 2*.

6 Th$\overset{o}{e}$drodamantheo *L*, Therodamanteo *N*, Thedoramantheo *A*, Tedoram antheo *F*, Terodamantheo *F m 2*, Therodomantheo *D*, Therodamanthęo *V* (*h del. m 2*).

27 capere *L*, carpaere *N*, carpere *φ*.

Liber II:

1, 30 ptholomonei *L m 1*, ptholomenei *L m 2 V*, ptolomenei *N*, tholomenei *F*, ptholomeae *D*.

3, 17 salta$^{t}_{\wedge}$ iacheco *L* (*t add. m 2*, *suppunx. m 1*), saltat iacheo *N m 1*, iactat racheo *F m 1*, saltat iaccho *N m 2 F m 2* (in hoc c prior suppunct.), saltat iacho *DV*.

Litteram *e* in *iacheo* falso scriptam antiqui speciem prae se ferre apparet cf. IV. 2, 31, ubi *achei* pro *iacchi* in omnibus libris exhibetur.

18 adriadna *L* (*m 1 suppunx.*), adriagna *N*, ariadna *L m 2 N m 2*, adriana *DV*, adrianna *F*.

3, 24 Ardridus *L*, Ardidus *NF*, Aridus *DV*.

6, 6 Phyrneram *L* (*sed y ex r corr.*), Phyrne tam *NDV* (Phyrnę *V*), Phimeram *F*, Phirneram *F mg. m 2.*

13, 38 pithii *L*, pythii *N* (*LN* fere idem), fitii *F*, phitii. *F mg. m 2*, phthyi *V*, pthii *D*, (*DV* fere idem).

L propior a vero abest quam *DV* propter h litteram omissam cf. W. Schulze, Orthographica p. 49.

16, 44 chrisolitos *L*, chrisolithos *N*, chrysolitos *DV*, crisolitos *F*.

17, 7 sysisphios *L*, sisiphyos *N*, sisiphios *F*, sisyphios *DV*

18, 7 thitoni *L*, tythoni *N*, tithoni *DV*, titoni *F*.

29 mihi *L*, michi *N*, $\overset{i}{m}$ *F*, mi *DV*.

20, 8 lachrimas *L*, lacrimas *N*, lacrimans *DVF*.

29 crinies *L*, erinies *N*, eriniens *F*, erynides *V*, herynides *D*.

25, 42 ducis *L m 1*, ducit *L m 2 N*, dulcis *DVF*.

L m 1 lectiones et x et y classis commixtas praebebat, deinde *L m 2* rectam scripturam restituit.

26, 10 leucothee *L*, leuchothoe *N*, leucothoe *φ*.

28, 9 Nam *L*, Non *N*, Num *DF*, Nun *V*.

L mediam scripturam inter *N* et *φ*, qui rectam exhibent praebet.

pereque *L H*, per aequae *N*, pareınque *F*, pareque *D*, p≡reqȝ *V*, perȩque *V m 2*.

LH libri propositi lectionem melius servaverunt quam *N*.

35 rhombi *LV mg. m 2*, bōbi *N*, rumbi *DV*, nībi *F*, rōbi *F m 2 H*.

29, 41 custode rector *L m 1 H*, recludor *L m 2 mg. p. v. l.*, custode reludor *N*, custos recludor *DV*, custodis rector *F*.

In *L* lectiones, quae in *N* et *F* exstant, commixtas videmus.

30, 19 Hu..c qui *L m 1* (iam *L m 2 mg.*), Non tamen *N*, Nunc tu *DVF m 2 H*, Nunc iam *V mg. m 2*.

33, 4 inachis *L V m 2*, inacis *N* (fere idem est, sed *L V m 2* meliorem exhibent scripturam), inachus *D*, inacus *V*, ynachus (i suprascr.) *F* (*suprascr. m 2*) *H*.

34, 39 amphyaree *L*, amphiarerae *N*, amphiareae *DV*, amphiaree (e a suprascr.) *F*.

53 restabit erumnas *L* [1]), restabit *N*, restauerit undas *DV*, restabit erūpnas *F H*.

Liber III:

1, 29 pulyledamantes *L*, poliledamantes *N*, puli (o suprascr.) | ledamantes *F H*, poli ydamantes *D*, pul ≡ ydamatas *V*.

3, 2 Belloforontei *L*, elloforontei *N*, Bello‿rophontei *F*, Bellorofont(a)ei *DV*.

11 lacres *L H*, lacies *N*, lares *F*, alacres *DV*.

5, 6 era *L*, aere *N*, ire *φ H*.

corinthe *L*, corinte *N*, chorinthe *φ*.

35 palustra boetes *L*, flamma boon *N*, plaustra boothes *DV*, flamma (*per lin. del. m 2*) palustra (*mg. m 2* boothes) *F H*.

Incertum est, quid et in x et in y scriptum fuerit. *L* quidem meliorem exhibet scripturam quam *N*, deinde *FH* codicum lectio ex *L* et *N* scripturis contaminata est.

46 haud *L*, haut *N*, aut *φ H*.

6, 3 Num *L* (fortasse recte), Non *N*, Dum *φ H*.

Itaque *Num* x (*N* erravit), *Dum* y exhibebant.

7, 22 arginni *L H*, agynni *N*, argiuni *F*, argiuum *DV*.

24 ephygenea *L*, iphigenea *N*, hypigenea *FH*, iphigenia *DV*.

---

[1]) cf. tab. XVI.

7, 49 orithya *L*, orythia *N*, corinthia *F*, corythia *DV* (sed in hoc *h* del. *m 2*).

9, 14 miros *L D mg. p r. l. H*, muros *N*, nuros *φ*.

L proxime a vero est, nam *miros* ortum est ex *myos* = *muos* = *mios*, sed *φ* fere idem praebet.

26 onerare *L V m 2*, onaerare *N* (fere idem est), honerare *DVF*, honorare *F m 2*.

12, 12 cathaphractus *L*, catophratus *NF H*, cataphractus *DV corr. F m 2*.

35 arctus *L*, arcus *N V corr. H*, artus *DF*.

17, 23 ne quicquam *L*, ne quiquam *N*, nequisquam *F*, nequicquam *DV*.

18, 7 baie L, bac^{i}ę *N*, bate *F*, baiae *DV*, baye *H*.

18, 24 torui *L F mg. m 2 V corr.*, troci *N*, torti *DF H*.

19, 12 abiegno *L*, aiegno *N*, abiegne *DF*, abyegne *H*, abiegno (*o in ras.*) *V*.

22, 3 cibele *L*, cibile *N*, cybille *F*, cybelle *DV*.

22, 23 clitumnus *L*, litumnus *N*, liciminus *D*, liciinus (in *in ras. m 1*) *V om. F*, licīnnus *H*.

23, 11 fuerunt *L*, fuerint *N*, fuerant *φ H*.

Liber IV:

1, 7 Tarpe iusque (postea contract.) *L*, Tarpetiusque *N*, Tarpeusque *F*, Tarpeiusque *DV*.

30 tacio *L*, tacito *N*, tatio *DV H*, statio *F* (s *expunct. est*).

79 Di *L*, Dic *N*, Dii *φ*.

106 Umbra ne que *L*, Umbrane quę *N*, Umbraque ne *φ*.

109 chalchas *L*, calchas *N*, calcas *φ H*.

2, 34 Faun^{us}or (us *add. m 2*) *L*[1]), Fauor *N*, Fau^{n}uor (*n a m 2*) *FH*, Faunus *DV*.

52 tatii *L*, tacii *N F H*, taci *DV*.

---

[1]) cf. II. 29, 41.

3, 1 Aarethusa *L* (a *alteram del. m 1*)[1]), Harethusa *N H*, Aretusa *DV*, Haretusa *F*.

7 bactra *L*, *om. N*, bactra *in ras. V*, blactra *D H*, blactra *F*.

5, 35 tibi tunda^{t} (t *a m 2*) *L*, tibi tundat *N*, tibi tondat *DV*, circumdat *F*.

6, 77 sycambros *L*, sycanbros *N*, sicambros *φ*.

7, 62 'ndromedeque *L*, Andromedaeque *N V m 2*, Andromadeque *F*, Andromadaeque *DV*.

72 choridos *L H*, chloridos *N V m 2*, cloridos *φ*.

N priorem lectionem *Lφ* codicibus exhibet, *L* autem mediam inter *N* et *φ* lectionem tradit.

81 amo *L*, anio *N V mg. m 2*, hamo *φ H*.

N verum exhibet et *L* erravit, cuius ex lectione *amo* id, quod *φ* praebent, *hamo* pendet.

8, 39 choralistria *L*, eboralistria *N*, colistria *F m 1*, coralistria *DVF m 2 H*, c^{h}oristria *V m 2*.

48 Lannuuii *L*, Lanuuii *N V corr.*, Laminii *DV m 1 H*, Lanium *F*.

10, 27 Eueii *L*, E ueii *N*, Et ueii *DV H*, E^{t} ueii (*mg.* et ueii) *F*.

37 Di/ lacias *L*, Di latias *N F mg. m 2*, Dii latias *φ H*.

41 Virtromani (*t ex i corr.*) *L m 1*, virromani *L mg. m 2*, Virto^{i}mane *N*, Dutomani *F*, Uncomani *DV*, Vir romani *V mg. m 2*, Untomani *H*, Butoniam *D mg. p. v. l.*

---

[1]) vide infra.

VII. *L* consentit cum *φ* contra *N*.

a. *N* solus errat.

Liber I:

	Lφ	*N*
1, 22	mea *N m 2*	meo
2, 3	quid *N m 2*	quod
21	facies	faties
3, 3	cepheia *N m 2*	cephia
11	nondum	nundum
45	sopor	sapor
4, 13	quae	q̄ (*corr. ex q*ꝫ).
19	(in fine) nec te	posthec
5, 6	e *N m 2*	est
21	nostrum *N m 2*	nostram
5, 23	poterit	poterrit
	succurrere	succurres
24	Nescit	Ne sit (*sed corr. m 1*).
6, 15	faciat	fatiat
	puppi	pupi
34	eris	etis (*sed corr. m 1*).
7, 11	placuisse	docuisse (*sed corr. m 1*).
13	assidue	assiduae
16	nolim	nollim
8, 17	mereris *N m 2*	moreris
9, 16	Insanus	Insanis (*sed corr. m 1*).
10, 16	tardas	tartas
13, 3	imitabor	immitabor
13, 29	ledae	laede
15, 2	Hac	Fac
6	faciem	fatiem
41	moniturus *N m 2*	moriturns

	Lφ	*N*
16, 12	luxuria	luxiria
15	numquam	nuquam
18, 12	ulla *N m 2*	illa
32	uacent *N m 2*	iacent
20, 18	longe *N m 2*	longo
24	fontis	frontis
33	sub uertice	subuertite

Liber II:

	Lφ	*N*
1, 2	ora (hora *F sed* hora *F M. A.*)	ore
1, 21	pergama	pergã
36	pace	pacem
44	Enumerat	Et numerat
59	crura	cura
2, 4	furta	fata
3, 9	quamuis	quauis
12	natant	natent
5, 27	Non umquam deleat	Numquam doleat
6, 9	facies	faties
31	ista	iste
8, 14	qui	quin
25	efficies	effugies (*corr. m 1.*)
26	eodem ferro	ferro eodem
9, 24	faciant	fatiant
38	promite (pincte *F m 1*)	promitte
10, 23	inopes	inipes
25	etiam ascreos	ascreos etiam
12, 9	hamatis	hamantis

	Lφ	*N*
13, 34	tegat	tetegit B tegit H[1]).
49	ille	*om.*
54	venantem	venamtem
14, 11	At *N m 2*	Aut
16	condicio (— tio *F*)	condito
15, 27	iunctae	uinctae
29	Errat *N m 2*	Erat
35	possim	possit
45	oppugnata	opugnata
16, 13	succurre	sucurre
23	seiuncta	seuincta
27	exclusis	exclusit
51	faciunt	fatiunt
17, 16	rimosas	imosas
19, 7	spectabis	expectabis
20, 1	gravius	gravis
7	tantum	tautum
16	fallo *N m 2*	falso
25	empta (ēpta *L*)	epta
21, 10	maritus	martitus
22, 31	cum surgeret	consurgeret
23, 12	iuuat *N m 2*	iuuant
24, 11	flabella *N m 2*	fabella
13	talos	tales
43	Paruo	Paruuo
25, 2	ueni *N* m *2*	uenit
5	annosus	annosis
21	pleno	plenos
	assumis (assūmis *DF*)	absumis

[1]) B = in Baehrensi adnotatione critica.
H = in Hertzbergi adnotatione critica.

	Lφ	*N*
25, 37	mutabunt	mutabant
43	quandam	quadam
26, 18	Qui (Quod *H*)	Quam
20	uisa	uissa *vel* iussa
26	sancte	sanctae
47	cum	dum
49	illi	ille
27, 5	britannos	brittannos
7	flemus	fletus
28, 2	Tam	Jam (J *a rubricatore*)
8	iurarunt (iuratur *V m 2*)	iurarem
12	Palladis	Pallidis
41	Si	Set
29, 14	inepte	inempte
30, 25	nemo *N m 2*	memo
26	tenere	detenere
35	Sed	Si
32, 8	uetat	uocat
21	fam(a)e	fama
	pudic(a)e	pudicitiae
26	fuit	tuis
28	puras *N m 2*	pura
30	crimina	scrinia
47	tacios	tacitos
51	nolint (uolint *D*)	noluit
61	latinas	latinos
33, 1	sollemnia	sollepnia
3	pereat	pereant
9	iuno	humo
27	repperit	reperit
34, 1	faciem	fatiem

	$L\varphi$	N
34, 49	tam	iam
66	quid	quod
67	umbrosi	umbrósis
80	temperat	teperat
82	peritus	periturus
84	Anseris	Auseris

Liber III:

	$L\varphi$	N
1, 21	inuida	inuidaa
22	duplici	duplicei
23	Omnia	Fame
	uetustas	uetustae
26	auguror ipse diem	augur . . . ipse deae
2, 12	antra	ante
14	Et	*om.*
21	subducet	subducit
3, 6	bibit	ibit
7	curios	corios
8	emilia	milia
	ad pia	apia
21	pr(a)escripto	perscripto
26	Qua	Quo
36	aptat	apta
38	facie	fatię
4, 4	Tigris	Tygris
16	oppida	opida
5, 4	gemma	gemina
7	fingenti	frangenti
13	Haud	Haut
28	luna	plena
35	serus	seros

	Lφ	*N*
5, 42	inter	non ter
43	Num	Non
6, 2	lygdame (lig. *φ*)	lydame
	dempta	depta
6	seruus	serus
11, 19, 24	ligdame	lygadame
22	Equalem	Et qualem
	nulla	nullo
36	uia	uiam
7, 18	in ore tibi est	tibi in ore est
25	positaque	posita est
26	tegas (tegat *F m 2*)	taegas
29	Ite	Ire
	texite (contexite *V m 2*)	terite
35	haud	haut
39	capharea	carpharea
8, 19	iniuria	iniurgia
9, 21	recepi	recepti
9, 33	iuncta	uicta
37	Non flebo	Non phebo
57	fautor (faustor *F*)	factor
10, 25	Dulciaque	Dulcia
11, 13	oppugnare	obpugnare *H*
23	duo	dño
48	quem	que
63	Coclitis (Colitis *H*)	Colclitis
12, 17	faciet	fatiet
13, 7	tyros (ti— *L*)	tires
21	flamm(a)e	flamine

	Lφ	*N*
3, 27	decussa	discussa
33	antra	rara
37	incumbens	incombens
4, 11	reuincit	reuicit
13	mammis	mamnus
29	ingenti	ingenii
31	rogandi	rogand *mg. absciss.*
33	fores	feres
	laconum	leonum
5, 1	Sic	Hic (*rubricator*)
5	conscia	coscia
7	naud (haut *V m 2*)	aut
32	in aduersos - not(h)os (aduersus *L*)	sub aduerso - notho
41	canebat	can *mg. abscisso.*
44	ira	ire
6, 9	pulsus	portus
23	sepulc(h)rum	sepulchum
9, 20	stat	sta
0, 7	Est	Ast
15	iura (una *F*)	ita
21	uincitur	uincetur
22	uigilanda	uigila
1, 3	spectando	spectandi
21	properate	properare
2, 25	lacus	locus
5, 13	albos a	albosa

Liber IV:

	Lφ	*N*
1, 21	Vesta (Vestra *F*)	Vestra
22	uilia	iulia

	Lφ	*N*
1, 31	coloni	soloni
61	cingat	gingat
86	quid	qui
133	tibi	*om.*
142	suo	tuo
144	non	nunc
2, 11	uertentis	uertentes
3, 19	qui	quę
36	Quot	Quod
51	tibi	te
52	tuas	meas
54	lares	laros
4, 51	magic(a)e	magine
74	Hic	Hi
	c(o)epit	cępi
75	urbe	urbi
94	iniuste	iniustę
5, 13	cantat(a)e	cantare
37	Supplex	Suplex
44	getas	getes
67	Vidi	Undi
72	pallida	pallia
6, 23	augusta ratis	angusta rates
41	uindice	iudice
59	idalio	italio
68	sagitta (sagipta *F*)	sagita
7, 5	amoris	amores
9	beryllon	beryllos
36	pallida	pallia
55	per amnem	perannem

	Lφ	N
7, 95	peregit	pergit
8, 16	iuno	uino
33	lenire	uenire
65	collo	colla
9, 9	cacus	chacus
38	recepta	suscepta
9, 56	uindicat	undicat
71	aspera	apera
10, 1	feretri	fateri
11, 3	infernas	infrenas
94	uacet ulla uia	ualet ulla uias

b. *Lφ* pravam lectionem praebent.

Liber I:

	Lφ	N
20, 4	dixerat	dixerit

Liber II:

	Lφ	N
13, 58	quid	qui
15, 53	Sic nobis qui nunc magnum	Sic magnum nobis nunc qui
22, 33	poterat	poterant
23, 22	capiant	iuuerint
29, 11	et alter	at alter
30, 18	pallidus	palladis
32, 5	Cur uatem	Curua te
22	mereris	meretur
33, 37	demissa-serta	demissae-sertae
34, 31	musis memorem	memorem musis

Liber III:

	Lφ	*N*
1, 1	philite	philete
6, 7	Nunc	Non
8, 28	iratam	irata
9, 9	animosa fingere	animosa effingere
13, 41	Diique	Dique
15, 3	pr(a)etexta	praetexti
16, 7	haec distulero	distulero haec

Liber IV:

	Lφ	*N*
1, 41	Omnia	Omina
4, 63	buccina	bucina
5, 25	Seu quam	Seuque
7, 75	latrix	latris
10, 46	crimine	omine
11, 81	sunt	sint

c. dubiae lectiones.

1. Et *Lφ* et *N* lectio probari potest.

Liber II:

	Lφ	*N*
4, 15	Nequicquam	Nequiquam
5, 23	connexos	conexos
29, 8	nam	iam

Liber III:

	Lφ	*N*
13, 64	equuum	equm

Liber IV:

	Lφ	*N*
3, 36	equus	equs (cf. III 13, 64).
8, 39	querell(a)e	querelę

2. Et *Lφ* et *N* lectiones depravatas tradunt.

Liber I:

	Lφ	*N*
2, 18	Euenit	Et uenit

Liber II:

	Lφ	*N*
1, 66	Tantalea	Tantelea
12, 10	utroque	uterque
18, 5	Quid si iam aetas mea caneret	Quid mea si aetas canesceret
24, 17	erat	erit
30, 19	dura paras	inmerito
30	uolaret	uolari
32, 6	ducit	dicit *F m 2*
	quamuis	fertur

Liber III:

	Lφ	*N*
1, 27	iouis cunabula parui	iouis *om. cet.*
6, 9	Sicut eam	Si causa
41	mihi si	nisi et
12, 14	Si credent	Si credunt

Liber IV:

	Lφ	*N*
1, 9	Quo	Quod
7, 2	euinctos	eiunctos
10, 43	ab agmine	et agmine

VIII. Correcturae in *L* codice.

Liber I:

8, 10 uergiliis (e *ex* i *corr. m 1) L*, uergiliis *NDVA*, uirgiliis *F V m 2.*

m
13, 9 contenti *L (*m *add. m 2)*, contempti *NDV*, contenti *AF V m 2.*

16, 22 liímine (*suppunx. m 1) L*, limine *NAF D mg. p. v. l.* lumine *DV m 1.*

Liber II:

r
1, 31 cyptum (r *a m 2) L*, cyptum *NA*, ciptum *F* (c *in* g *corr. m 2*), cyprum *DV.*

3, 24 Ardridus *L*, Ardidus *NF*, Aridus *DV.*

10, 15 auguste (*ex* anguste *corr. m 1) L*, augustae *N*, anguste F, auguste *DV.*

e
25, 22 Credula (e *a m 1) L*, Credule *NDV*, Credula *F H.*

28, 58 proprius *L* (*suppunx. m 1)*, proprius *N*, propius *DVF H.*

s
29, 4 hoc (s *suprascr. m 1*) *L*, hoc *NF H*, hos *DV.*

b
33, 19 fugauimus (b *a m 3*) *L*, fugabimus *N*, fugauimus *DVF H.*

Liber III:

h
1, 1 coi (h *add. m 2 vel 3*) *L*, coi *NV m 2*, choi *DVF.*

o
33 memoratur (o *a m 1) L*, memoratur *N*, memorator *DVF.*

h
3, 8 tropea (h *add. m 2 vel 3*) *L*, tropea *N*, trophea *DVF.*

5, 34 atra[c]tis *L* (c *add. m 1*), atratis *N H* (*sed corr. in* attractis), attractis *DV*, attractis *F* (actractis *FM. A.*), auratis *F mg. m 2.*

7, 63 eue[h]at (h *add. m 2 vel 3*) *L*, eueat *NF m 1 H*, euehat *DVF m 2.*

13, 33 tum (t *ex* c *corr. m 1*) *L*, tum *NF*, cum *DV H.*

60 suis (*ex* sitis *corr. rad. m 1*) *L*, sitis *N*, suis *DVF.*

21, 7 a[d]mittit (d *add. m 3 ?*) *L*, amittit *NF m 1 H*, admittit *DV.*

22, 35 iuno (*ex* uino *corr. rad. m 1*) *L*, uino *N*, iuno *DVF.*

24, 10 Eluere (E *ex* F *corr. m 1*) *L*, Fluere *NF H*, Eluere *DV.*

25, 13 c[u]apias (u *add. m 2*) *L*, capias *NF*, cupias *D H*, cupies *V.*

Liber IV:

1, 19 palilia (l prius *ex* r *corr. m 1*) *L*, parilia *NF H*, palilia *DV.*

2, 11 pr[er]ecepimus (er *add. m 2*) *L*, praecepimus *NDV*, percepimus *F H.*

34 Fau[us]nor (us *add. m 2*) *L*, Fauor *N*, Fau[n]uor *F*, Faunus *DV.*

44 iunco (*ex* uinco *corr. m 1*) *L*, uinco *NF m 2*, iunco *DV*, uinci *F m 1.*

4, 1 tarpeie (i *ex* l *corr. rad. m 1*) *L*, tarpelę *N*, tarpelle *F m 1*, tarpei(a)e *DVF m 2.*

34 taci (c *ex* t *corr. m 1*) *L*, tati *NV*, taci *D H*, rati *F*, tacii *Fmg. m 2.*

75 palilia (l prius *ex* r *corr. m 1*) *L*, parilia *NF H*, palilia *DV.*

5, 73 exporrecta (e *a m 2) L,* exporrecta *NV m 2 H,* experrecta *DVF.*

6, 32 inherme *L (suppunx. m 1),* inherme *NF H,* inerme *DV.*

7, 20 trepidas *L (suppunx. m 1),* tepidas *N,* trepidas *DVF.*

8, 47 ceco *(ex* ceto *corr. rad. m 1) L,* cęto *N*, cecho *F,* caeco *DV.*

9, 27 uite (t *add. m 1) L,* uitte *N,* uitrae *DV,* uitre *F H.*

36 succepto *(*s *a m 2) L,* succepto *N,* suscepto *DVF H.*

47 synonia (d *a m 2) L,* symonia *N,* sinonia *F H,* sidonia *DV.*

71 iuno (*ex* uino *corr. rad. m 1*) *L*, uino *N*, iuno *DVF.*

10, 47 umeris (h *add. m 2*) *L*, umeris *N*, humeris *DVF H.*

11, 89 conlata (l *add. m 2*) *L*, conlata *N*, collata *DVF H.*

De correcturis a *m 1* factis infra agetur, de eis, quae a *m 2* vel *3* factae exstant, hoc loco paucissima addam. Plerumque enim *m 2* vel *3* librum sectae y secutae sunt praeter duos locos: I 13,9; II 33,19, ubi x classis exemplaris scripturae receptae sunt.

IX. *L(A)F* idem aut fere idem praebent.

a. *L(A)F* contra ceteros codices rectam lectionem exhibent.

Liber I: 3,5 edonis *Vm 2*, 12,17 calores, 19 desistere (*non A*) [sed etiam *discedere,* quod *DV* praebent, probari potest].

Liber II: 3,23 Num, 23,1 Cui *H*, 26,57 Quod *H*.

Liber III: 6,39 consimili, 7,22 arginni *L H* argiuni *F*, 47 hoc [sed etiam *haec N* ferri potest], 11,63 abscisos, 16,29 humer.

Liber IV: 3,7 bactra (blactra *F*), 4,57 at (aut *N*), 6,25 lunarat, 9,22 feta, 52 uincta, 11,13 Num (Nun *V*; *fere idem est*).

b. *L(A)F* consentiunt in pravis lectionibus.

Liber I: 2,1 uitta *L*, uicta *F*, 6,21 numquam, 8,38 amara, 11,4 miscenis (non *F*, qui *misteriis* praebet), 16,3 lumina, 20,26 zethus.

Liber II: 1,70 Brachide, 4,3 detrectet *L*, detractet *F*, 5,18 ita, 16,1 Precor *L*, Prector *F*, 22,33 calses *L*, calces *F H*, 44 Quod *H*, 28,40 Gerula *L*, Garrula *F*, 29,41 Custode rector *L*, Custodis rector *F*, 32,13 creber platanis pariter, 33,22 hiis, 34,16 amitto *L m 1 F*, 53 restabit erumnas *L*, restabit erũpnas *F H*.

Liber III: 3,6 emnis *(sed L m 1 corr. in* ennius*)* emnius *F*, 6,13 mestem *(sed L m 1 corr. in* mestam*)*, 10,27 tactu *(sed L m 1 corr. in* iactu*)*, 13,5 canis, 59 auruspex *(sed L m 1 corr. in* aruspex*)*, 16,22 fit *(sed L m 1 corr. in* sit*)*, 18,9 multum, 19,20 Infantis.

Liber IV: 2,34 Faunor *L m 1*, Fau^n^uor *F*, 3,11 et pacate mihi, 8,44 Recidit, 9,40 natas, 47 synonia (sin. *F*).

c. *L(A)F* congruunt in rebus orthographicis, sed numquam lectiones, quae magni pretii sunt, una servaverunt. Itaque *L*, si cum *N* facit, antiquas et genuinas lectiones, quae ad rem orthographicam pertinent, exhibet neque vero, si φ classis auctoritatem secutus est.

Liber I: 1,19 fallacia, 27 paciemur, 2,19 phrigium, 5,13 quociens (non *F*), 27 solacia (non *F*), 6,26 nequicie (non *F*),

13, 24 in etheis (ine theis *F*), 30 gracior (non *F*), 19, 11 ymago (non *F*), 22, 3 sepulchra (non *F*).

Liber II: 1, 3 appollo, 60 Fenicis, 2, 4 Iupiter, 3, 21 antique, 10, 2 hemonio, 20, 9 eratis *L*, erratis *F*, 26, 54 caribdis *H*, 32, 4 eei *L (postea contractum est)*, e ei *F H*, 9 thedis, 33, 15 egiptus, 34, 68 Tirsim.

Liber III: 2, 5 polipheme, 4, 7 linthea, 5, 16 iugurta, 39 gigantum, 6, 20 pene, 7, 5 linthea *H*, 9, 11 appelles, 13, 52 phythia *L*, phithia *F*, 15, 20 cathena *H*, 33 Litore, 16, 12 Schironis *L*, S^{h}cironis *F*, 17, 24 ligurgum *H*, 36 cimbala, 20, 11 estiuos *L*, ex^{s}tivos *F* (s *a m 2*), 21, 22 Ismos *H*, 24, 12 egea.

Liber IV: 3, 52 Cristallusque, 4, 65 sompnia, 5, 7 Penelopem, 6, 85 pathera, 7, 74 Pathenie *L*, Phatenie *F*, 8, 24 molosa *H*, 11, 26 cathena, 51 cibelen *L*, cibelem *F*.

X. *LN(A)F* consentiunt.

a. *LN(A)F* rectas lectiones servaverunt.

Liber I: 1, 7 toto-anno (*non A*) *V m 2*, 30 norit, 2, 12 indociles, 19 Nec, 3, 29 tibi, 43 querebar, 5, 4/18 nosse, 25 Quod si, 6, 17 debita, 7, 1 Dum, 26 fenore, 8, 19 Ut te, 9, 11 homero, 20 uincula nosse, 11, 22 Aut, 28 discidium, 12, 2 Quod, 4 ueneto, 8 possit, 13, 9 H(a)ec, 33 Tu vero, 14, 6 quantis, 16 sint, 15, 11 Multos, 36 exciderent, 39 Quis, 17, 18 optatos, 26 choro, 18, 12 formosos, 28 tramite, 29 querel(a)e, 20, 11 semper cupidas, 36 Roscida, 51 monitus, 21, 3 torques, 9 qu(a)ecumque.

Liber II: 1,75 ducet *V m 2*, 3,24 sternuit, 4,4 assueto, 10 amithaonia, 19 ubi, 6,2 fores, 7,20 patrio *V corr. m 2*, 8,26 stillet, 9,41 matutina, 12,19 satius, 13,27 Tu, 37 Nec, 14,5 saluum cum, 30 an, 15,1 O *V mg. m 2*, 43 neque esset, 16,35 at, 17,1 Mentiri (Mentiri = *V)*, 6 Ut, 18,15 Cui, 19,1 Et si me, 10 Fanaque, 14 ubi, 26 boues, 30 Nec, 20,11 ego et (a)eratas, 19 Quod, 20 Posset, 21,8 Dicit, 22,19 sequantur *H*, 38 sinit *H*, 23,8 scribat *H*, 11 care, 17 garrula, 24,19 nondum, 32 Discidium, 25,17 domin(a)e *H*, 26,9 Qu(a)e -- qu(a)e, 53 mitescet, 27,12 neque, 14 Cernat *D mg. p. v. l. H*, 28,21 Andromede, 28 illa, 29 inter heroidas omnis, 30 potes (potes = *V)*, 47 moneat, 52 pasiphae, 29,10 Dixit et *V mg. m 2 H*, 28 Neu *V mg. m 2 H*, 31,9 Tum, 10 carius *(sed* clarior *FM. A.) V mg. m 2*, 32,1 te non *H*, 29 lusu *H*, 61 tuque es *H*, 33,37 pr(a)ependent *H*, 34,7 menelao, 20 quod, 58 quo tibi *H*, 68 adtritis, 70 hedus, 85 ludebat.

Liber III: 1,22 fenore, 30 nosset, 2,2 sustinuisse *H*, 22 ictu (ictu = *V) H*, 4,9 clademque *V ex corr. H*, 13 Qua, 6,2 Sic *H*, 11 Nec *H*, 36 Hac *H*, rursus *V corr. H*, 7,46 at *H*, 8,1 hesternas, 13 Custodum, 16 miseram, 29 cum *V mg. m 2 D mg. p. v. l. H*, 34 in te *V mg. m 2 H*, 10,21 Sit *H*, noxque, 11,8 herbosos (erbosos *F m 1*), 44 contis *V mg. m 2*, 48 notat *H*, 13,10 fastus, 43 Et, 14,14 lauatur *V m 2*, 15,14 immittens (inmittens *F*), 17 inmundis *H*, 28 pone *V mg. m 2*, 44 referre, 17,4 fit, 18,7 At, 20 Gemmea, 19,19 clitemestr(a)e, 20,6 terat *V m 2*, 22,27 At *H*, 34 Nec *H*, 24,13 torrebar *H*, 25,15 patiare.

Liber IV: 1,85 moueant *V ex corr. m 1*, 89 arria *V mg. m 2*, 95 at *V m 2 H*, 98 inuito *V in ras.*, 109 namque, 129 cum *H*, 130 pertica, 145 mille *V m 2 H*, 150 Octipedis *D mg. p. v. l. H*, 2,5 H(a)ec, 42 Hortorum, 52

contudit, 62 artifices, 63 Qui *V mg. m 2*, 3, 8 hericus *H*, 4, 10 Cum, 11 Atque, 5, 41 Nec, 69 paternos, 6, 49 minantis, 60 nostri, 7, 30 lectum, 44 inmundi, 57 clytemestr(a)e *H*, 8, 25 inmunda *H*, 53 cecidere *V in ras.*, 80 Veneat, 84 Sufficat *H*, 9, 5 Qua *H*, 43 Quod *H*, 48 colo *V corr. H*, 59 Di, 10, 13 Hunc, 11, 11 pauli *V corr.*, 81 fatiges *H*, 92 duxerit.

b. *LN(A)F* errant.

Liber I:

	LNAF	*DV*
2, 7	tua est	tuae
8, 1	Tu ne	Tune
7	ruinas	pruinas
27	erat	erit
9, 31	et possint	et possunt
11, 15	amota	amoto
12, 9	non	num
13, 28	adduci	abduci
36	quocumque	quaecumque
16, 18	iam	tam

Liber II:

2, 11	mercurio	mercurioque
3, 10	sint	sunt
5, 10	affuerit	abfuerit
6, 1	epheree	ephireae
9, 12	Propositum	Adpositum
17	uiris natis	castis natis
10, 22	hac	hic
11, 2	Ludet *V mg. m 2*	Laudet
15, 8	lecte	lente
16, 12	una	illa
46	fiet *V m 2*	fiat

	LNAF	DV
19, 22	cominus	comminus
22, 48	ille *H*	illa
25, 40	nostra *H*	vestra
26, 43	horis	oris
29, 31	Quod *H*	Quid
34, 37	orion *H*	arion

Liber III:

2, 3	ciceronis	citeronis
5, 21	iuuet *H*	iuuat
10, 6	Ponet *H*	Ponat
11, 24	Nec *H*	Ne
47	tarquini	tarquinii
51	uada	uaga
13, 55	aurigero *H*	laurigero
15, 3	amicus	amictus
18, 5	dexter	dextra
22, 2	qu(a)e *H*	qua
5	iuuat *H*	iuuant

Liber IV:

1, 45	decii *H*	deci
2, 59	Stipis *Vm 2 H*	Stipes
3, 1	Haec *om*	Haec
4, 32	famosa *H*	formosa
72	absciso *H*	abscisso
6, 22	apta *Vmg. m 2*	acta
75	positis *H*	potis
7, 7	capillis *H*	capillos
8, 38	greca *H*	grata
45	secundo *H*	secundos
10, 26	capta *H*	captae

4*

c. 1. *LN(A)F* et *DV* ita dissentiunt, ut tamen utriusque familiae lectio probari possit.

Liber I:

	LNAF	*DV*
2, 29	uerbis	dictis
8, 22	querar	loquar
9, 27	seducere	subducere
17, 6	increpat *Vm 2*	increpet
18, 20	amica	amata
20, 45	cuius	quoius

Liber II:

5, 3	mi	mihi
9, 15	Cum tibi	Quom tibi
21, 13	elusa *H*	delusa
24, 3	Cui *H*	Quoi
36/37	eheu	heu heu
33, 16	uia *H*	uia est

Liber III:

15, 14	inmittens (imm. *F*)	inmites
45	concitet	conciet
19, 9	reprehendere *H*	reprendere
21, 6	ipse	ille

Liber IV:

4, 45	Pallados	Palladis
11, 8	herbosos (erb. *F*)	umbrosos

c. 2. Et *LN(A)F* et *DV* falsas exhibent lectiones

Liber I:

20, 7	Hunc *LNAF*	Nunc *DV*.

Liber II:

3, 25	contulerint *LNF*	cum tulerint *D* = = co tulerint *V*.
32, 23	Me l(a)edit *LNF*	Me laedet *DV*.

Liber III:

21, 7	negarit *LNF H*	negauit *DV.*
22, 25	socii *LNF H*	sociis *DV.*

Liber IV:

8, 28	multato *LNF*	mulctato *DV.*

d. In orthographicis congruunt *LN(A)F.*
Ea, quae speciem antiqui et genuini prae se ferunt, asterisco notavi.

Liber I: 1, 4 inpositis *(non A)* *, 31 annuit, 2, 3 oronthea, 28 calliopea, 3, 12 thoro, 15 temptare, 4, 6 hermione, 23 contempnet, 25 temptatur, 6, 32 Lidia, 7, 25 contempnas, 8, 11 harena *, 10, 7 labentes, 11, 3 thesproti, 13, 30 lede, 14, 20 thoro, 15, 21 euadne, 16, 34 zephiro, 17, 8 arena, 18, 2 zephiri, 29 querelae, 20, 45 driades.

Liber II: 1, 69 caucasia, 3, 19 temptat, 4, 29 cimba, 5, 12 notho, 29 contempnas, 6, 35 inmerito *, 7, 4 iupiter, 9, 34 notho, 13, 49 antilochi, 14, 10 Inmortalis *, 15, 39 inmortalis *, 44 actiacum, 51 arentes, 52 calathis, 16, 1 illiricis, 10 illirias, 16 Iupiter, 24 brachia, 29 eriphila, 48 Iupiter, 56 auster, 17, 4 thoro, 18, 15 tythoni, 19, 21 temptare, 20, 9 brachia, 22, 15 brachia, 25 Iupiter *H*, 30 friges *H*, 32 micene(a)e, 23, 10/15 inmunda *, 22 thori *H*, 24, 33 sibill(a)e 26, 24 thoro, 42 iupiter, 48 lerne, 27, 13 stigia, 28, 1 Iupiter, 23 archadios *H*, 29, 17 Adflabunt *, 35 thoro, 30, 21 communes, 32 Communis, 31, 12 libici, 33, 14 Iupiter, 20 tiberi, 29 cicropiis *H*, 32 ismario, polipheme, 35 lieo, 34, 35 phrigio, 41 coturno, 47 Succumbit, 53 stigias, 76 amadriadas, 91 liquoride *H.*

Liber III: 1, 26 hemonio, 2, 1 Orphea, 3, 21 giro, 33 diuerseque (— ęque *N) H,* 4, 5 prouincia, 5, 45 gentes, 7, 2

inmaturum *, 7, 57 egei, 69 brachia, 9, 15 iupiter, 57 cept(a)e, 10, 2 thorum, 11, 14 pentesilea *H*, 19 colūpnas *H*, 28 Iupiter *H*, 29 obprobria *H*, 12, 6 thoro *H*, 25 ismara, 28 Scillaque, caribdis, 34 Sirenum, 13, 6 ericina, 27 cidonia, 36 thoro *H*, 56 polidore, 14, 9 brachia, 11 Girum, 16, 23 ungenta, 17, 39 coturno, 18, 3 harena *H* *, 28 Cresum, 19, 7 sirtes, 19 clitemestre (— rę *N)* *, micenis *H*, 20, 4 affrica *H*, 14/26 thoro, 21, 8 thoro, 24 brachia, 24, 13 aeno *H*, 16 sirtes.

Liber IV: 1, 6 obprobrio *H*, 37 alumpnus, 49 sibil(a)e, 54 iupiter *H*, 82 Iupiter *H*, 2, 3 tuscis, 21 Oportuna *H*, 28 inposito *, 31 speciem, 32 phebi, 35 species, 49 tuscis, 61 mamurri *H*, aene, 3, 9 Hibernique, gete, 12 brachia, 15 stigio 19 inmerita *H* *, 33 hibernis, 43 ypolite *H*, 48 affricus, 56 thoro *H*, 61 ornis *H*, 67 alūpnis *H*, 4, 19 tacium, 23 inmerite *H* *, 31 tacie, 62 thorus, 67 brachia *V m 2 H*, 78 inmundos *, 79 ocia, 85 iupiter, 89 tacius *H*. 5, 1 lena, 5 ypolitum, mollire, 6 thoro, 27 mendacia, 6, 5 turis *H*, 14 iupiter, 17 Actia, 25 aciem, 28 nothos *H*, 29 Astitit *H*, 36 inbelles *, 67 Actius, 75 irritet *H*, 78 Cephean *H* *, 7, 22 nothi *H*, 45 lalace *H*, 47 patiente, 83 colūpna, 8, 3 tutela *H*, 28/88 thoro *H*, 76 arena *H*, 9, 41 stigias, 48 lido *H*, 10, 15 Iupiter, 33 aeno, 44 gyla *H*, 11, 13 inmites *, 86 thoro.

XI. *L* idem praebet, quod *D* adhuc solus habebat.

Liber I:

5, 32 impune *LD*	inpune *NAF V*.
6, 15 conuitia *LD*	cū uitia *N*, conuicia *V*, *AF om.*
8, 46 caniciem *LD*	canitiem *NAFV*
9, 32 Nec dum *LD*	Nedum *NF m 2*, Ne dum *V*, Necdum *AF*.

Liber II:

3, 5	harena *LD*	arena *NF* ═ arena *V*.
4, 7	melampus *LD*	nylampus *NV*, ^{e}inlampus (e *add. m 2*) *F*.
7, 18	borysthenidas *LD*	borystenidas *N*, boristenidas *V Fm 2*, burestheūidas *F*.
22, 19	thamyre *LD*	thamire *NVF*.
34, 86	laochadi(a)e *LD*	locadie *N*, laochodie *F*, leuchadiae *V*.

Liber III:

1, 38	lycio *LD*	licio *N*, litio *F*, licyo *V*.
22, 25	memorensis *LD*	nemorensis *NF* ═ nemorensis *V*.

Liber IV:

7, 15	subire *LD*	subure *Lmg. m 2*, subu^{r}ę *N*, suburae (rae *in ras*) *V*, subure *F*.

XII. *L* cum singularibus lectionibus *V* congruit.

Liber I:

1, 24	cytalinis *LV*	cythalinis *N*, cythainis *N m 2*, cithalinis *AF m 2*, citalinis *Fm 1*, citheinis *V mg. m 2*.
2, 12	lympha *LV*	limpha *NAF*.

Liber II:

6, 1	laydos *LV*	laidos *NDF*.
15, 32	cicius *LV*	citius *NDF*.
25, 21	assumis *LV*	absumis *N m 1*, assūmis *DF*.
31, 6	hiare *LV*	hyare *N*, habere *DV mg. m 2*, iare *F m 1*.

Liber III:

1, 26	isse uiro *LV Fmg. m 2*	esse uiro *ND*, ille raro *F m 1.*
4, 9	Omina *LV*	Omĩa *NF*, Omnia *D.*
16, 2	Tibure *LV*	Tiburi *N*, Tybure *DF.*
19, 12	abiegno *LV* (o *in ras*)	aiegno *N*, abiegne *DF.*
25, 1	Visus *LV* (V ex R *corr.*)	Risus *NDF.*

Liber IV:

1, 31	ticiens *LV*	titiens *N*, taciens *D*, ticeus (i above) *F.*
11, 21	sella& *LV*	*N om.* sella *DF.*
67	specimen *LV D mg. p. v. l.*	*N om.* speciem *DF.*

XIII. *L* facit cum *DV* consentientibus.

a. *LDV* congruentes rectam lectionem servaverunt.

Liber I:

6, 12	amare *LDV*	amore *ANF.*
8, 44	seu nox	sive nox *ANF.*
13, 13	augure *N m 2*	augere *NF*, auge (2 above) *A.*
16	iniectis *F m 2*	inlectis *N*, in lectis *AF.*
15, 7	eois	et chois *N*, haec chois A, hec choys *F.*
19, 22	Abstrahat	Abstraat *N*, Abstrat *AF.*
20, 3	occurrit	ocurrit *N*, currit *AF.*

Liber II:

1, 31	cum tractus	attractus *NA*, atractatus *F.*
9, 38	promitte	promite *N*, pincte *F m 1.*

13, 24	exequiae *LDV*	obsequiae *NF.*
29	Osculaque	Oscula quae *NF.*
43	cunis	curis (n above r) *N*, cauis *F corr. mg. m 2.*
15, 14	menelaeo	menelao *NF.*
16, 23	seiuncta	seuincta *N*, semucta *F.*
31	sedabit	se dabit *NF.*
18, 10	adiunctos	aduinctos *N om F.*
32, 8	tibi me	time *N*, timeo *F.*
34, 10	nonne tuae	non et ue *N*, non ne tue *F.*

Liber III:

1, 32	oet(a)ei	oete in *N*, cete *F m 1*, cetei *F m 2.*
4, 6	partha *H*	parta *NF.*
9, 57	fautor	factor *N*, faustor *F.*
11, 63	Coelitis	Colclitis *N*, Collitis *F corr m 2.*
13, 2	exhauste *F m 2*	exhausto *N*, exauste *F.*
32	uersicoloris	uiricoloris *NF*, uariocoloris *Vmg. m 2.*
15, 38	Vinxerunt	Vixerunt *N*, Vincerunt *F.*
17, 8	ariadna	adriagna *N*, adriana *F.*
23, 3	nostris *N m 2*	nostras *N*, uestris *F.*
24, 14	Vinctus	Victus *NF.*

Liber IV:

1, 119	deuehar	deuear *NF m 1.*
2, 5	me	mea *NF.*
3, 33	castrensia	castrentia *NF.*
4, 15	tarpeia	tarpela *N*, carpella (*suppunx. m 2*) *F* tarpea *mg. m 2.*
5, 50	aera	acra *NF.*

8, 1 quid — quod *NF m 1.*
10, 6 exuuio — exuiuo *N*, eximio *F Vmg. m 2.*

b. *LDV* congruunt in pravis lectionibus.

Liber II:

31, 8 inuida *LDV* — uiuida *NF.*

Liber IV:

3, 21 oeno *LDV* — ocno *NF.*
7, 75 latrix *LDV* — latris *NF.*
10, 37 columni *LDV* — tolumni *NF m 2 mg.*, tolinum *F m 1.*

c. 1. Et *LDV* codd. consentientes et *NAF* codd. lectiones, quae defendi possint, servaverunt.

Liber I:

3, 31 percurrens *LDV* — praecurrens *NAF.*
11, 26 Quidquid *LDV* — Quicquid *NF.* Q^i^quid *A.*

Liber II:

15, 22 hoc *LDV* — haec *NF.*

Liber III:

7, 1 uitae es *LDV* — uitae *NF.*

c. 2. Neque *LDV* neque *NAF* codd. rectas lectiones exhibent.

Liber II:

1, 5 togis *LDV* — cogis *NAF V m 2 D mg.* [illegible]

Liber III:

9, 48 cremodonta *LDV* — cremodanta *N*, orodomonta *F.*
12, 25 talpe *LDV F m 2* — calpe *NF.*

d. *LDV* consentiunt in rebus orthographicis.

Liber I: 13, 25 omnis, 14, 1 tiberina, 15, 24 historia, 16, 42 impressis, 18, 20 arcadio.

Liber II: 3, 34 Pulchrius, 4, 8 surripuisse, 13, 19 spacietur, 29 supprema, 24, 6 nequiciae, 25, 14 Caucaseas, 26, 21 pulchra, 24 puppis *H*, 28, 20 implorat, 50 Pulchra, 31, 10 ortygia, 16 Pythius, 33, 7 occultis, 34, 31 sacius, 41 et eschileo, 70 impressis, 80 impositis.

Liber III: 4, 5 sera sed, 5, 17 Lydus, 21 lyeo, 6, 17 impressa, 25 improba, 7, 52 hiatus, 69 supponere, 10, 23 Tibia, 11, 18 Lydia, 54 occultum, 11, 60 pyrrhi, 13, 8 Cinnamon, 12 opprobrii, 14, 2 gymnasii, 15, 43 lycinnam, 21, 27 demosthenis.

Liber IV: 1, 71 imprudens, 77 babylonius, 2, 9 alumnis, 29 imposta, 33 impositis, 3, 24 imbelles, 41 Assidet, 4, 25 nymphis, 5, 13 imponere, 6, 36 lyrae, 83 harenas, 8, 22 impuros, 9, 74 tatiae, 10, 29 buccina, 11, 16 implicat *H*.

Conclusio.

Iam vero quid de Lusatico iudicandum sit, inquiramus. Ex his tabellis, quas proposuimus, facile apparet *L* maxime cum optimo codice *N* consentire, qui consensus multis locis tantus est, ut minus accurate inspicienti *L* apographon *N* codicis esse videatur; vide tabellas III. X.

Nam saepissime *L* cum *N* facit, et ubi *N* cum singulis ceterorum codicum consentiebat et ubi usque ad hoc tempus singulares lectiones praebebat. Si *L* et *N* in singularibus lectionibus consentiunt, plerumque rectas lectiones tradunt raroque fit, ut *L* et *N* pravas una exhibeant; cf. tab. III. Praeterea orthographica *L* et *N* codicibus communia multis

locis antiqui et genuini speciem prae se ferunt; inspicias tab. III d, ubi illae lectiones asterisco notatae sunt.

Sed si quis contendat *L* et *N* plane gemellos libros vel *L* ex *N* descriptum esse, eius sententiam sustineri non posse apparebit, si quis accuratius in *L* inquisiverit. Nam satis multi loci exstant, quibus *L* cum *DVAF* codicibus aut singulis aut coniunctis contra *N* codicis auctoritatem congruit. Hac quoque in re *L* ita habet, ut cum *DVAF* coniunctis saepenumero veras lectiones servarit, cum *N* solus erret. Itaque utriusque classis x et y, quas vocabimus, virtutes *L* complecti videtur. Qua de causa, ut *L* ex *N* exaratus sit, nullo modo fieri potest. Quaerendum igitur est, quae ratio intercedat inter *L* et ceteros codices quantamque auctoritatem ei tribuamus.

Ut iam supra diximus codices Properti in duas classes ex archetypo *Ω* exaratas discedunt, quarum alteram x appellatam *N* constituit, cum ad alteram y nominatam *DV* et *AF* referendi sint. Huic classi y atque familiae *AF* H(olkhamicus) quoque codex tribuendus est. Duplici autem ratione fieri potest, ut *L* codici locum inter hos codices attribuamus. Si quidem *L* ex *N* descriptus non est, concluditur *L* codicem aut eodem modo ac ceteros per x vel per y ex archetypo *Ω* fluxisse aut a librario ex duobus exemplaribus compilatum esse.

Quaeramus igitur, quae argumenta ad utramque sententiam firmandam afferri possint et exordiamur a disputando, qua via *L* ex archetypo ipso derivatus esse possit. Hoc quidem certum mihi esse videtur *L* et *N* codicum fontes fuisse similes, quod ut appareret tabulas III et X magna cum cura composui; eas adeat mihi, qui iudicare velit. Hoc loco exempla iterare vix opus erit. Scilicet CCCC fere locis *L* cum *N* solo contra ceteros codices facit maximeque similem originem *LN* codicum indicant scripturae tales ut: I 8, 20 *oryquos*, II 7, 3 *Ni*, II 19, 25 *elituntus*, II 22, 23 *Percunctere*,

II 32,59 *dane,* III 3,32 *gorgoneo,* III 5,24 *Sparserit et,* III 13,24 *euhadne,* III 21,19 *lycheo,* IV 4,55 *pariamne,* IV 5,21 *dorozantum,* IV 7,8 *Eosdem,* IV 7,33 *hyacinctos,* IV 7,57 *clytemestre.*

Fortasse etiam arbitrari possumus *L* codicis fontem vetustiorem fuisse fonte *N* codicis, ut in eo ambarum classium x et y peculiaria nondum separata fuerint. Non multae quidem sed nonnullae tamen lectiones proferri possunt, quae ad hanc sententiam firmandam valeant, *L* vetustiores lectiones quam ceteros codices servasse ut: II 31,5 scriptum videmus in *L quidem,* in *NF equidem,* in *DV eadem.* Plane rectam quidem lectionem nullo in codice invenimus, sed optimam *L* praebet, cuius in lectione genuinum, quod est *quidam*, latet. Deinde III 3,11 *L* archetypi scripturam servasse verisimile est, cum *lacres* exhibeat, qua in lectione consentit cum *H.* Nam quin ad hanc *LH* lectionem *lacies*, quod *N* exhibet, et *alacres*, quod in *DV* scriptum videmus, referendae sint, dubium non est facileque explanatur. Florentini quoque codicis lectionem *lares* non genuinam sed per correcturam ortam esse contendo. Simili modo III 18,7 *L* codicis
i
lectionem *baie* priorem esse scriptura *N baçe* et *F bate* certum est. Deinde *L* ex vetustiore fonte fluxisse hac lectiones, quas nunc paucis attingam, indicare videntur. Nam I 9,11 *mimermi* scriptum videmus in *L*, quam ad lectionem, id quod *φ* praebet, *munermi A numerini DV*, respicit. Itaque *L* archetypi scripturam servasse puto, cum *minnermi*, quod *N* exhibet, postea ortum sit. Item I 20,4 *L* genuinam archetypi lectionem tradidit, cum *minuis* (*minyis V mg. m 2*) exhiberet, quod quidem postea in *minius* radendo correxit (vide tab. VI), item II 13,38 *pithij*, II 28,9 *pereque* (*H V m 2*), IV 8,39 *choralistria* priores lectiones quam Neapolitanus codex ostendit. Deinde III 6,3 *L* meliorem lectionem exhibet, hoc enim loco *Num* in x exstitit, quod *N* falso per *Non* explicuit,

cum *φ Dum* tradat. Denique III 9,14 *miros L D mg. p. v. l.* proxime a vero est [1]).

Hactenus quae congessi si consulis, possis contendere *L* ex solo x pendere. Attamen totidem fere locis codex meus cum y concordat ea ratione, ut saepissime, ubi *N* pravam scripturam exhibet, huius societatem deserat. Qua in re primum locum *F* tenet, ut ex tabellis sub IX positis facile cognoscitur. *L* et *F* quamquam maxime in rebus orthographicis et facilibus erroribus congruunt, tamen interdum contra ceteros codices optimas lectiones exhibent, quarum nonnullas hic repetam: I 12,19 *desistere*, II 3,23 *Num*, III 6,39 *consimili*, IV 9,22 *feta*. Deinde *L* et *D* paucis locis soli rectas lectiones praebent ut: II 4,7 *melampus*, item *LV*, II 25,21 *assumis*. Sed multo maior est numerus eorum locorum, ubi *L* cum *DV* codicibus coniunctis conspirat. Exstant enim fere C lectiones, inter quas XXXV lectionibus *N* et *F* codicum praeferendae sunt, cum reliquae plerumque pertineant ad rem orthographicam facilesque errores; cf. tab. XIII.

Denique, ut hoc quoque commemorem, cum Holkhamico codice *L* nonnullis locis concordat atque interdum in *L* et *H* solis verae lectiones servantur ut II 28,35 *rhombi* (*rombi H*), III 22,1 *annos (annos* ex *annus* corr. m vet. *H).* Quo pertinent etiam II 25,18 *immerita* (*in merita* cet.*),* III 11,23 *per menia (permenia* cet.*),* ubi in *L* et *H* solis vel contractio vel diremptio, quae postulantur, factae sunt. Quin etiam hos quoque codices aliquam fontis communionem habere nonnullis scripturis, quae in *L* et *H* solis exstant, demonstratur; videas II 28,9 *pereque,* II 29,41 *custode rector,* II 31,13 *pernasi,* III 3,11 *lacres*, III 12,34 *latreus,* III 17,30 *bassaracas*,

---

[1]) cf. tab. VI pag. 31.

IV 2,34 *Faunor*, IV 5,44 *mera*, IV 8,68 *Liddamus*, IV 11,17 *dissessura*.

Itaque optio datur duarum sententiarum: aut enim *L* ex archetypo ipso *Ω* provenit, unde merita classium x et y in eo coniuncta esse explicatur, aut mixtum textum offert composuitque eum librarius ex duorum exemplarium collatione, quorum quidem alterum ad x alterum ad y pertinuit. Jam vero priori sententiae repugnat, quod *L* esse videtur liber quinto decimo demum saeculo exaratus, deinde quod non paucas pravas lectiones et solus et cum deterioribus codicibus communes habet; vide tab. II, VIIb, XIIIb.

Sed quamquam liber *L* talis non est, qui ipsius *Ω* imaginem prae se ferat, neque, si *L* adhibetur, aut *N* aut libri y supervacanei videri possunt, tamen omnino magni faciendus erit; nam eius librarius classis x perbonum exemplar ad manum habuit, perbonum etiam classis y. Inde factum est, ut tot locis modo cum hac, modo cum illa rectas lectiones exhibeat. Indidem etiam explico, quae solius *L* propria sunt. Itaque iam inquirendum est, quae *L* lectiones singulares praebeat, quae in codicis auctoritate constituenda magnam vim habent, neque paucas eiusmodi ostendit. Primum ad tabulam I mitto lectorem, in qua exhibui, quibus lectionibus *L* et Neapolitanum cod. vincat et reliquos codices: I 18,16 *deiectis (delectis* cet.), III 5,6 *era (aere N ire φ)*, IV 1,79 *Di (Dic N, Dii φ)*, IV 1,106 *Umbraue que (Umbrane quę N, Umbraque ne φ)*, IV 1,117 *oiliade* (*o iliade* cet.), IV 2,35 *eius (elus* cet.), IV 6,25 *nereus (neruis* cet.*)*, IV 7,63 *Andromedeque (Andromedaeque N, Andromadeque F, Andromadaeque DV)*. Accedunt illi quoque loci, ubi a *F m 2* et *V m 2* idem, quod in *L* codice scriptum videmus, exhibetur, nam singularium lectionum fere vim habent. Sunt autem haec: I 3,7 *spirare F m 2 V m 2 N mg. m 2,* I 9,4 *quouis F m 2,* I 11,1 *Ecquid F m 2,* I 20,4 *minuis V mg. m 2,*

II 6, 5 *deletas F m 2 V m 2,* 13, 47 *Qui F m 2,* 18, 16 *ueniet V m 2,* 31, 3 *columnis F mg. m 2 V mg. m 2,* 33, 4 *inachis V m 2,* III 1, 22 *reddet F m 2 V m 2,* 3, 22 *rostra F m 2 V corr.,* 6, 26 *rhombi V corr.,* 6, 41 *Quod mihi si F m 2 V corr.,* 10, 17 *polles F m 2 V corr.,* 11, 61 *Curtius F m 2 V mg. m 2,* IV 3, 7 *bactra V in ras.,* 11, 43 *Non fuit F m 2 V mg. m 2,* 11, 46 *insignes F et V corr.*

Apparet his locis *L* et *F m 2* et *V m 2* fere semper rectam lectionem praebere praeter III 5, 17 *hero,* III 9, 11 *ponit* et II 13, 47 *Qui,* quod tamen propius a vero abest quam illud *quid,* quod in *Nφ* scriptum videmus. Magni autem pretii sunt hae lectiones, si agnoscimus (cf. C. Weber de auctoritate codd. Prop.) *F m 2* et *V m 2* non solum correcturas virorum doctorum exhibere, sed etiam interdum veras lectiones ex archetypo ipso haustas servasse. Itaque consensus, qui est cum *F m 2* et *V m 2,* in locis saltem, quos commemoravi, fontem eorum aut ipsum y archetypum fuisse evincit aut librum, qui eius scripturas certe nondum corruptas haberet.

Sed *L* non solum cum *F m 2* et *V m 2* facit sed etiam cum *N m 2*, atque *L m 1* et *N m 2* XXXXVII locis conspirantes semper rectam lectionem exhibent; vide tabulam IV. Nec tamen consensus talis est, ut consectarium sit *L* ex *N m 2* pendere, nam XVII locis *L* et *N m 2* discrepant ita, ut *L* codicis lectiones quinquies, *N m 2* duodecies praeferendae sint; vide tabulam V. Deinde fere semper *DVF* codices aut singuli aut coniuncti idem exhibent, quod *L N m 2*, duobus locis exceptis I 3, 7 et II 30, 17, quorum in altero II 30, 17 *L* solus, in altero I 3, 7 *L* et *F m 2* et *V m 2* congruunt. Itaque iudicandum esse arbitror *L* et *N m 2* vel ex eodem vel ex simili fonte hausisse, cui sententiae nihil repugnat, nam eis locis, ubi *L*

et *N m 2* discrepant, correcturas a viro docto in *N m 2* illatas esse plane apparet, cum *L* cum ceteris codicibus archetypi textum servaverit.

Itaque *L*, ubi cum solo *N* facit, ex x suspensus est, ubi cum *FDV*, ex y pendet, denique eae quoque verae lectiones, quas cum *N m 2* simul et *DVF* communes habet, ex y, non ex x fluxisse dicendae sunt. Hoc quoque modo nonnullae variae lectiones explicari possunt ut IV 7, 81; x enim *anio,* quod rectum est, exhibebat, deinde scriptura in y mutata exstitit *amo,* ut etiamnunc in *L* solo scriptum videmus, id y classis codices postea in *hamo* mutaverunt.

Reliquum est, ut de pravis lectionibus *L* codicis propriis pauca addam. Depravatorum enim locorum numerus non parvus est, sed plerumque errores lapsusque calami librarii sunt ut I 4, 25 *danno,* I 8, 2 *iulior* pro *uilior,* I 9, 28 *uigiliare,* II 1, 67 *repleuit,* II 15, 39 *dab^t,* II 25, 31 *intacito,* III 5, 36 *Pleiadii,* III 17, 25 *dephinum,* III 22, 36 *decorare (sed corr. m 2),* IV 1, 19 *Annuuaque,* IV 3, 37 *Cogaor,* IV 4, 78 *Taicit* aliaque multa; vide tab. II.

Neque tamen Lusaticus codex propriis interpolationibus prorsus caret, id quod paucis nunc attingam. Sed caute agendum est. Itaque primum quidem mutandi libidinem non agnosco in his, quae sequuntur. I 8, 19 *ut te felici peruectam,* ita *L,* quod, quamquam ad sensum optime quadrat, tamen metri causa abiciendum est. Illud *peruectam* interpolatum esse videtur. Fortasse autem hoc quoque loco error librarii intercessit, qui compendium (p = per, p = prae) non recte intellexit, deinde accusativum *perrectam* propter *te* vocem antecedentem restituit. II 4, 23 *munus* pro *funus L,* quod ipsum quoque ad errorem librarii referri potest. Nam oculos librarii ad antecedentem vocem *miraretur* aberravisse proptereaque litteram *m* pro *f* scriptam esse puto.

II 13, 7 *magna* pro *magis* in *L* exhibetur. Hoc quoque loco emendationem libidine factam iudicemus necesse non est, nam propter similitudinem litterarum librarii error exoriri potuit. Tamen fieri potuit, ut librarius consulto hoc *magna* poneret, ut haberet adiectivum, quod ad *cynthia* pertineret.

Hactenus quidem de dubiis locis; nunc nonnullae apertae interpolationes tractandae sunt. II 1, 51 *Si* interpolationis speciem praebet, nam *L* solus hanc vocem in contextum recepit, cum *seu*, quod ceteri praebent, postuletur, respondet enim *seu* in v. 51 illis *seu* et *sive* in v. 53 positis.

III 18, 4 *stracta* pro *structa* scriptum videmus, quae interpolatio facilem habet explicationem. Librarius enim litteram *a* pro *u* falso scripsit, deinde, postquam errorem intellexit, locum ita emendavit, ut *c* litteram suppungeret, ut *via strata* restitueretur.

IV 1, 65 *Scandentes asis si quis* ... Cur librarius *siquis* pro *quisquis*, quod optime sensui convenit, in contextum receperit, plane obscurum est. Sed hoc fere modo interpolationem exortam esse puto. Librarius enim in memoria tenebat versum illum IV 1, 125 *Scandentisque asisi*, quod demonstratur voce *asis* falso posita, quae a librario ipso inter scribendum deleta est. Deinde ex *asisi* syllaba ultima *si* in contextum irrepsisse et metri causa nil nisi prior pars vocis *quisque* a librario posita esse videtur.

IV 8, 69 interpolatum esse certum est, ubi *prostratus* pro *protractus* in contextu invenitur. Quae correctura, cur facta sit, plane diiudicari non potest. Nisi fortasse librarius *prostratus* recepit, quod *Eruitur* voce iam dictum esse putaret Lygdamum ex latibulo *protractum* esse. Deinde fortasse *adorare*, id quod sequitur, hac voce *prostratus* illustrari arbitratus est, quandoquidum supplices ad pedes eorum, quos obsecrabant, iacere solebant.

Sed enim eo revertamur unde profecti sumus. Textum Propertianum in *L* ita conformatum esse vidimus, ut duos fontes in eum confluxisse suspicemur. Quae suspicio nonnullis rebus firmatur, de quibus nunc agamus. Nam primum quidem nonnulli eorum locorum, ubi a *m 1* sive a librario ipso lectio correcta est, indicant librarium ex duobus fontibus hausisse. Sunt autem haec: inspiciantur quaeso tab. VIII et IX. II 3, 18 *adriadna*, II 3, 24 *Ardridus*, II 28, 58 *proprius*, II 29, 4 *hoc*[s], III 1, 33 *memoratur*[o], III 5, 34 *atratis*[c], III 13, 60 *suis* ex *sitis* corr. m 1, III 22, 35 *iuno* ex *uino* corr. rad. m 1, III 24, 10 *Eluere* ex *Fluere* corr. m 1, IV 1, 19 *palilia* ex *parilia*, IV 2, 41 *iunco* ex *uinco*, IV 4, 1 *tarpeie* *i* ex *l* corr. rad. m 1, IV 4, 34 *taci* *c* ex *t* corr. m 1, IV 4, 73 *palilia* *l* ex *r* corr. m 1, IV 6, 32 *inherme*, IV 8, 47 *ceco* *c* ex *t* corr. m 1, IV 9, 71 *iuno* ex *uino* corr. m 1. Omnibus his locis *L* cum *N* codice congruebat, deinde per correcturam y classis lectionem recepit. Sed nonnumquam ex contrario factum est ut: I 16, 22 *liimine*, III 13, 33 *tum* *t* ex *c* corr. m 1, IV 7, 20 *trepidas*, IV 9, 27 *uite*[t]. Septies id quoque factum est, ut *L* lectionem, quam cum *F* codice congruentem habebat, commutaret in scripturam *NDV* codicum: I 8, 10 *uergiliis* *e* ex *i*, II 25, 22 *Credula*[e], III 3, 6 *ennius* ex *emnis* (*emnius F*), III 6, 13 *mestam* ex *mestem*, III 10, 27 *iactu* ex *tactu*, III 13, 59 *auruspex*, III 16, 22 *sit* ex *fit*, et semel ex contrario II 10, 15 *auguste* ex *anguste*. Quibus in correcturis *L* fere semper rectam lectionem restituit duobus locis exceptis, II 3, 24, ubi incertum est, quid scribendum sit, et IV 4, 34, ubi falsam *DV* codicum scripturam recepit. Deinde suspicio quae est, *L* ex duobus fontibus hausisse, adaugetur illis lectionibus, quibus elucet *L* textum ex x et y commix-

tum praebere, quam ad rem hi fere loci pertinent: II 3, 24 *Ardridus,* quod supra iam inter correcturas commemoravi, hanc quoque ad rem spectat. Nam librarius *Ardidus*, id quod *NF(A)* exhibent, scribere coepit, deinde in *Aridus DV* codicum scripturam inter scribendum correxit. Simili modo mediam scripturam inter x et y in *L* codice exhibitam videmus II 25, 42 *ducis*, cum *ducit N*, ex quo *L m 2* scripturam sumpsit, et *dulcis DVF* tradant. II 29, 41 *custode rector L m 1 (II),* cuius lectionis priorem partem ex *N* codice, posteriorem ex *F* codice, vel potius utramque ex x et y, recepit. Deinde III 12, 35 *arctus L* lectio composita est ex *N* codicis lectione *arcus* et *artus*, id quod *DV* praebent, eodemque modo factum est IV 2, 34 *Faunor L m 1*, *Fauor N*, *Faunus DV,* IV 7, 72 *choridos L, chloridos N, cloridos φ*, IV 7, 81 *amo L, anio N*, *hamo φ*, vide tab. VI. Denique de IV 3, 1 *Aarethusa L* pauca addamus. Hoc enim loco aut calami lapsum librarii, qui *a* litteram falso bis posuit, postea *a* alteram delevit, aut, quod ego quidem arbitror, significationem originis *L* codicis ex duobus exemplaribus factae agnoscere possumus. Nam primum initialem litteram *A* ut in *φ* exstat, librarium scripsisse, deinde alterum exemplar x classis adiisse, ubi *Harethusa* invenit, propterea que *a* duplicem posuisse puto.

Hos autem locos, quos ostendere contendo *L* codicem ex duobus exemplaribus compositum esse, Peperus, qui *L* originem ex uno fonte sumpsisse affirmat, ita explicare conatur, ut dicat *L* librarium unum exemplar describere sibi proposuisse consiliumque diligenter perfecisse, nisi quod nonnullis locis, ubi lectiones sui exemplaris intellegere non potuit, ex alio fonte hauserit. Hunc quoque librum secundum, quem adhibebat, librarium in distributione carminum plerumque secutum esse tribus locis exceptis, ubi *N* codicis distributionem exhibet (II 27, II 29, III 24, 21) Peperus censet expli-

candaeque rei causa addit librarium *L* codicis habitum externum codicibus illius temporis accommodare voluisse.

Restat, ut deliberemus de II 22, 50, quem versum Peperus (pag. 13) argumentum maximum affert, quo Lusaticum ex uno solum fonte ortum esse efficiat. Inquiramus hunc in versum. *N* codex totum versum omisit traditurque diverso modo a reliquis codicibus, nam *Quem quae scire timet, quaerere fata iubet* et *V m 2* et *F m 1* exhibent, *DV Quae quoque scire timet, quaerere plura iubet,* ex quibus variis lectionibus Solbiskyus in dissertatione (p. 180) versum restituit: *Quem quae scire timet, quaerere plura iubet.* Eodem autem modo versum in *L* codice exhibitum videmus, nam illud *cum,* quod supra *Quem* a recentiore manu scriptum est, neglegere possumus. Quomodo versus in contextum *L* codicis pervenerit, duplici ratione explicari potest. Nam plane abnegandum non est *L* codicis librarium versum hoc modo scriptum in fonte suo x invenisse et descripsisse, at contra si verum est *L* codicis librarium librum suum ex duobus exemplaribus compilasse, fieri potuit, ut librarius eodem modo, quo postea Solbiskyus, ex codicum varietate coniciendo componeret. Librarium enim tanti iudicii fuisse, ut ex duplici lectione verum recuperare posset, ego non prorsus negaverim; Peperus negat (p. 16). Argumenta Peperi sunt haec. Librarius nonnumquam erravit in reducendis pentametris, quod Peperus ad ignorantiam librarii refert. Deinde ex nonnullis erroribus, quos tanti momenti esse nego, concludit librarium linguae latinae gnarum non fuisse. Sunt autem haec. Nonnumquam fit, ut *L d* pro *cl* et *n* pro *ri* exhibeat ut I 7, 9 *contentus* pro *conteritur,* I 15, 3 *perido* pro *periclo,* I 15, 27 *perido* (sed hoc loco librarius ipse, postquam errorem intellexit, emendavit litteris ri
cl suprascriptis), I 16, 12 *sedi* pro *secli,* I 20, 19 *pretentis (ri* a m 2 suprascriptum est), II 9, 38 *acrita,* quod in *acuta*

correxit is, qui hamulos supra u vocalem posuit. Ea quoque res Peperi sententiae repugnat, quod I 3, 25 a librario usitatior forma *largiebar* pro *largibar*, id quod metri causa postulatur, in contextum recepta est.

Denique Peperus suum de *L* codice iudicium in haec fere verba definivit *L* classi x inserendum atque *N* codici auctoritate vel parem vel praestantem esse. Quod confidentius Peperi iudicium non nisi ex parte sequor, ex parte re ipsa coactus dissentio. Censeo enim Lusaticum simul ex x textum recepisse simul ex y multa in eum illata esse. Itaque plures quidem lectiones veras in *L* quam in *N* exstare fatendum est sane; tamen maior est fides Neapolitani, quia hic sectae x naturam magis integram et puram servavit. Ceterum exemplar sectae x, ex quo *L* hausit, certe perbonum fortasse melius eo, quo *N* usus est, fuit, illud quoque y generis, quod *L* propositum habuit, eo, quod *DV* secuti sunt, auctoritatem haud inferiorem habuit. Quam ad rem hoc quoque pertinet. In *L* enim simili modo atque in *VAF* in capite libri primi scriptum videmus: *Propercii Aurelii naute Monobiblos Incipit feliciter*, cum *N* inscriptione careat. Itaque *L* valde firmat sententiam, quae fuit, illud *Monobiblos*, quod exstat in inscriptione, quamquam *N* ea caret, antiquum atque genuinum esse [1]). Extiterat scilicet in y.

Certum igitur est — quam sententiam Properti editoribus reputandam commendaverim — illum, qui textus restituendi fundamentum in *N* et *L* codicibus ponit, fere semper habere, quod sufficiat, neque nisi nonnullis locis, ubi *L* et *N* errant, ad *DV* codicum lectiones decurrere debere. Quod quidem fere non accidit nisi illis locis, ubi *N* plane deficit. Hi autem sunt loci.

---

[1]) cf. Birt, Antikes Buchwesen p. 414 sqq., et Berl. Philol. Wochenschrift 1898 p. 1291.

XIV *N* deficit.

Eas lectiones, quas rectas esse verisimile est, asterisco notavi.

Liber II: 13, 49 ille *L* = *φ**, 22, 50 Quem que (cum *suprascr. m 2*) *LF**, Quae quoque *DV*, plura *LDVF m 2**, fata *F m 1*, 34, 53 restabit erumnas *L*, restabit *om. cet. N*, restabit erūpnas *F*, restauerit undas *DV*, 83 minor ore canorus *L* = *φ**.

Liber III: 1, 27 iouis cunabula parui *L* = *φ*, iouis *om. cet. N*, 9, 35 *totum versum om. N*, *L* = *φ**, 15, 43 44 45 *in N mg. abscisso supremae voculae decurtatae sunt*. *L* = *φ**.

Liber IV: 3, 7 bactra per ortus *L* *, blactra per ortus *F*, fere idem est, bactra (*sed in ras.*) per ortus *V*, blactra per ortus *D*.

Denique IV 11, 17—76 *om. N*:

11, 17	Inmatura *L H**	Immatura *φ*.
	innoxia *L* *[1])	non noxia *φ*.
18	Det pater *Lφ μ v**	Da pater *V m 2*.
19	Aut *Lφ* *	
	eacus (c *ex* r *corr. m 1*) *Lφ* *	earus *μ*.
20	In *L* = *φ μ v*	
	iudicet *LDV μ v*	uindicet *F* *.
21	Adsideant *L* *	Assideant *φ*.
	minoia *L* = *φ μ*	
	sella & *LV μ v*	sella *DF*.
23	Sysiphe *L*	Sisyphe *DV**, Sinciphe *F*, sisiphe *F m 2*.
25	improbus *LDV*	inprobus *F* *.
26	laxa *LDV μ*	lapsa *F v* *.
	cathena *LF μ v*	catena *DV**.

[1]) vide infra pag. 74.

87